



Hippocratis










Italy 04



HIPPOCRATIS COI de prædi-ctione lib. II.

EIVSDEM de coacis prænotio-nibus liber.

EIVSDEM de languentium som-nijs insomnijsve liber,

EIVSDEM de humoribus, com-plexionibus, & chymis liber.

EIVSDEM de spiritalibus vento-sisq; flatibus liber.

EIVSDEM de carnibus lib.

INTERPRETE M. FABIO CALVO RHAVENNATE.

Marabottini

¶Excudebantur anno à mũdi re-demptione millesimo quĩgen-tesimo vicesimoseptimo.

¶HIPPOCRATIS PRAEDICTIO PRIMA, PRAEDICTORIUS'VE LIBER PRIMUS, MARCO FABIO CALVO RHAVENNATE INTERPRETE.



VI per exordia cum vel post capitis dolorē, ceruicis, præcordiorum ſoporantur, cū excitātur & vigilāt, profecto delirant: quibus ſi nares ſtillent, perniciosum eſt, præſertim ſi quarto incipiente ventris proluuies rubet. Malum præterea in omnibus eſt, non minus autem & in prædictis lĩgua denſa craſſa've, ſubarida, quę delirantium eſt. Lotium in turbulentis vigilĳs cū ſine colore eſt atris nubeculis ĩterçurſantibus delirium portendit. Lumbi ſi ſudant, ſi ſomniant, de-

lirantium aperta signa sunt. Cre-
bra excreatio, & si quod aliud si-
gnum adsit, insaniæ est, si ęstus in
pręcordiis pręcludantur, reliquā-
tur've. Febris si circum foras refri
geret, malum est, præcipue si su-
persudent. Desipientiæ silētium,
vel cū silentio pessime, quemad-
modū & audenter & valde loquē
tium. Desipientes phrenitici've si
vehementer tremant, pereūt, si-
cuti qui caput dolitāt, si virulenta
vomant. Si quis peruigilet, nec
loquatur audiat've, furore celeri-
ter agetur. Pusilli faucium dolores
in morbis grauibus strangulant.
Qui facile hiat, & valde claudit,
reducit've, mente mouebitur.
Desipientes phrenitici've, per-
niciosi, seu in periculo sunt. Desi-
pientes si per exordia nihil probe
præ se ferant, crebro motentur,
spuant, album demittant, malum
est: quemadmodum Archecrati
contigit, siquidem debilitas tor-
por'que iis superueniat, pessimum

etiam in ĳs est frigus rigor've.
Qui bile atra citātur, si tremant,
tetrum cachœtes've est. Desipien
tes phrenitici've, qui perniciter
prosiliunt, cum sudore super fe-
brientes leui tactu strepitu'q; tre-
munt. Cum post vomitum ęstuo-
sum vox raucescit, oculi'q; obri-
gescunt, furiale est. Quemadmo-
dum Hermozygi cōiugi cecidit,
quæ perniciter furens muta mor-
tua est. Si tinnitus aurium in fe-
bre ardēti cum visus hebetudine,
nariū'q; tarda graui'q; defluctio-
ne superueniat, ĳ furentes melan
cholicos've prosiliūt. Mentis ex-
cussiones cū voce rauca bonę non
sunt. Linguę cōuulsiones spasmi-
've cum tremore si fiant, ĳ mente
capiunt. Duritia ī ĳs asperitas've
pernitiosum est. Tremulę linguæ
voces've, mentis non constantis
signum est. Spumosa irroratio
in oletulis biliosis malum est, prę-
sertim si renū lumborū've dolor
præcessit. Dolores rari costarū &

leues in ĩjs desipiẽtiam significãt. Cum singultu resolutione'que nõ loqui, pessimum est. Cum quis nõ loquitur, loqui've non potest, si tanquam qui præfocantur, spiret, promptuarium malum est, mentis'que excussorium, mentis excessiones cum pusilla audacia, ferinæ sunt & malæ. Cum quis febre non carens superiora frigidæ sudati, difficulter morbum fert, cum pernicie desipit: quemadmodum Aristagoræ contigit. Crẽbræ motationes in phreniticis conuulsiones portendunt. Lotium non sentientibus emissum, perniciosum est. sic quidem tale ĩj mingunt, cũ ex turbulentia constiterunt. Qui vsq; quaq; agitantur, profecto sine voce ĩj finiunt. Si deliri phrenitici'ue cum refrigeratione spuunt, nigra vomunt. Surditas lotium'que perrubrum, fluitãtia'que nõ firma subsistentia've, mentis excussorium est. Qui si morbo regio corripiantur, pessimum est. Malũ

etiam est, post morbum regiũ sur
ditas. Quibus euenit, vti nõ loquã
tur, sentiant tamen, venter ĳs
etiam prorumpit & soluitur: sicu-
ti Hermippo, qui mortuus est.
Surditas in grauibus turbulentis-
que accedens, malum est. Tremu
li non clari sermones, & exiles,
mẽtis excessionem magnam por-
tendunt: sicuti Demarchi filio cõ
tigit ĩ Coo. Qui torpẽt ex frigore
rigore've, nõ valde apđ sese sunt.
Labores circa vmbilicum saliẽtes
& vibrantes mentis desipientis
quid habent, circa decretoriũ au-
tem satis creber spiritus cum la-
bore ĳs prodit, suræ'que labores,
mentis excussoria sunt. Coxarũ-
'que dolores in febre, mentis ali-
quod excussorium habent, prȩser
tim si in lotio quid leue mingatur
fluitet'ꝗ. Mala'ꝗ vesicæ circa've
cũ febre, bona nõ sũt, turbulẽto'ꝗ
modo vẽter biliosus, soporati, tor-
pidi, debilitati, nõ multũ apđ sese
sunt. Post ventrem liquidum fecu-

lentum si quis caput doleat, sitiat,
peruigilet, clare nõ loquatur, de=
bilitetur, mente hunc excessurum
putato. Qui supersudant, præser=
tim caput, subdifficilesq́ sunt, in
morbis grauibus malum est, præ=
sertim cum lotium nigrum est,
spiritusq́ ẽbulẽtus, ĩ ĩjs pessimũ
est. Preter rationem debilitas tã=
quam ĩ recẽs purgato, vacuó ve,
cũ purgatio nõ sit, precesserĩt ve,
malum est. Cũ vẽter strictus pusil
la queda rotũda nigraq́ vi demit
tit, nasusq́ cũ ĩjs eruptus fluit, ma
lum est. Qui dolore multo lumbo=
rum cum æstuoso feruore vexan=
tur, si supersudẽt, bonum non est,
quippe tremũt ĩj, loquunturq́ si=
cuti frigeãt rigeant ve. Si postre=
ma celeriter in vtraq; mutẽtur,
ĩjq́ sitiãt, malũ est. Cũ quis ꝓbus
probe non respõdet loquitur ve,
bonũ non est. Qui celeriter acute
ve loquũtur, precordia ĩjs ĩtro af
fecta procedũt cõtrahunt ve. Lu
mina denigrata obscurata ve cir

ca'que si quid sordidum nigrum cõ
pactum sit, bonum nõ est. Vox a-
cuta, querula, plorabunda've, ma
lum est. Dentibus frendere quibus
sanis consuetum non sit, pernicio-
sum est. Strangulationes in ĥs pes
simum est. Vultus color bonus, ni
mia'que seueritas asperitas've, ocu-
lorum'que contractio malum est. Si
deiectiones excrementa've demis
sa in puram spumã finiẽt, celerẽ
accessionẽ, mali'que incremẽtũ por
tendunt. Si lotiũ in grauibus mor
bis compescatur & intercipiatur,
pessimum est. Cum perniciosa pe-
culosa've mala nullo signo relicto
in grauibus morbis in melius resi-
dent mortem portendunt. Cum
in grauibus morbis oletula spumo
sa, exalbida, circumbiliosa'que sũt,
lotia'que talia, malum est, quippe
ĥs iecur affectum est, & dolet. Cũ
quis in febre non loquitur, conuul
sorium'que in modum ꝑsilit, per-
niciosum est. Cum quis non lo-
quitur, cum dolet laborat've, dif-

ficulter moritur. Cum præcordi-
orum dolore febris tetra est cacoe-
thes've: sitis in grauibus morbis si
preter rationem soluatur, malum
est. Si quis in grauibus febribus
multum sudet, malum est. Lotia
matura decocta've mala sũt, pre-
sertim in ijs rubra concursent,
virulenta'que si detineantur, stil-
le'que pusillæ, bullæ've super-
appareant. Vomitiones'que varie
malæ sunt, præsertim assiduæ
continuæ've. Qui cum sudore
per decretorium æstuosum circ-
cumfringent superrigent'que,
malum est: post hoc vomitus æ-
stuosi puri mali sũt. Capitis graue
do, sõnus q; grauedinosus, pfecto
vbiq; malum est. Cũ rigore desipi
entia, ignoratio've & obliuio' ma-
lum est signum. Qui post rigo-
rem refrigerantur, nec calefiunt,
malum est. Sudores post refrige-
rationem qui non recalfaciant,
mali sunt. Post hæc in latere co-
stis've dolor, æstus, & super-

rigere malum est. Soporati rigo-
res quauis caussa pniciosi sũt. Post
sudorem vultus si rubescat & in-
flammetur, malum est. Super ĳs
posteriorum refrigeratio conuul-
sionem spasmón ve prouocat.
Peruigiles supersudantes si reca-
lesciãt, malum est. Doloris lumbo-
rum recursatio, tortuosa oculorũ
agitatio, dolor in pectus sidens
cum torpedine quadam & mora
bonum non est. Superfebricitan-
tes tactu si vrunt, celeriter occi-
dunt. Cibum auersati si nigra su-
peruomant, delirent, paulum su-
pra pubem tumeat, periclitan-
tur. Quibus lumen oculus've pe-
tus & audax declinatus've est, hos
ne potionato purgató've: pernici-
osum enim est: neq; subturgidos,
tenebricosá'que vagare & di-
scurrere videntes, deficientes, ci-
bum auersantes, discolores, fe-
bre ardenti delassatos, fractos've,
quoniam perniciosum est. Cor-
dis labor cum præcordiorum lan-

cinationedolo'que capitis tetrum
cacœthes've est, quin & quan-
doque spiritum præcludit, si
quid horum fiat profecto ij subito
pereunt, quemadmodum & Ly-
sias in Odesso: lotium enim hu-
ic vehementer fermentatum,
feruens & perrubrum fuit. Cer-
uicis colli've labor dolor've in o-
mni quidem febre malum est, pes
simum vero & in ijs, quos ti-
memus, ne insaniant. Febres de-
lassantes laboriosæ've, soporem
peruigiliũ've tenebricosum quid
præ oculis adducentes, sudorife-
ræ'que, tetræ cacœthes've sunt.
Crebri horrores de tergo auspi-
cantes celeriter sese mutantes,
latu difficiles sunt. Lotium cum
intercipitur, dolorem præ se fert.
Nauseantes & ęstuosi cum per ac-
cessionē crescũt, si nō vomāt, ma
lum est. Cum duritia & asperitate
refrigeratio, perniciosum est. Cum
quis non desipiens tenuia liquida
've non sentiens demittit, malum

est, quemadmodum Hepatico. Pusilli vomitus biliosi malum est, pręsertim si peruigilent. Nasus in ijs stillans, perniciosum est. Quibus cum febre post partum alba destillant, quæ que surdescunt, latus que vehementer dolet, perniciosum est. Qui cum febre ardenti sub circũ refrigerantur, crebra que biliosa demittunt, distortus que oculus est, declinatus ve, signum bonum non est, præsertim si deponantur soporãtur ve. Qui subito stupore dissolute percutiũtur, sideratur ve cum febre temporis alicuius, perniciosum est: quale Numenij filius passus est. Quibus fœminis de lumbis dolor febriculosus horridus que cor recursãdo petit, si tenuia, alba, aquosa reuomunt, si restitutę leuatæ que mutescant, nigra que vomant, pereunt. Luminis, oculi ve declinatio, delassatio & distortio in graui morbo malum est, cum & æstuantibus, non vomentibus, lumbos dolentibus, si paulò audẽ-

tius improbius've delirent, spes est nigra decurrere. Si fauces vehemẽter difficulter'q́ & strãgula bũde dolitẽt, perniciosũ est. Quibus spiritus subito retrahit, voxq́ strãgulabũda emittitur, vertebra considet, ĩjs in fine tanquã ire parte've aliqua conuulsa spiritus fit, emittitur've. Capitis dolore deposite & vehementer affecti', lumine'que audacie fixo've spectãtes, ventre soluto delirantes, contractione neruorum in posteriora opisthotonodees've fiunt, cum luminum oculorum've conuersione. Si cum febre laboriosa quis frigeat rigeat've, pernicies pręsens est. Quibus in febre laboriosa spiritus subito retrahitur, vox'q́ clara non est, frigus rigor've perniciosus est, soporati'q́ in ĩjs malũ est. Dolores præcordiorum ilium've cum febre nihil loquentium, si sudore cessent, bonum non est, coxẽdices enim petunt. Cum febre ardẽti si venter erumpat, pernicio-

sum est. Quibus cũ febre vox de-ficit, post decretoriũ tremuli vel soporati finiunt. Quibus præcor-dia vrentia fatua; murmurantia non dolentiáve, demissa & vari-antia sunt, ventérque turget, ci-bariis assumptis supersudant, pro-fecto iis turbulentus & laboriosus spiritus exiens, singultus præ se fert, venter'que spumosa biliosáq; demittit: quod mingitur si limpi-dum est, venter'que, si mouetur, i-iis iuuat. Quibus cum oculorum conuersione distortionéve sopor fit, pernicies præsens est. Quibus spiritus retrahitur impeditur've, vox clara non est. Spumosa pro-deũt, febris crescit acuitur've, cũ capitis dolore non loquũtur Cum sudore cum febriunt, singultant, modóque sese mala demittunt, modo redeunt, diutius'que durãt, si superfrigeant rigeántve, malũ est. Manus tremulæ, capitis dolo-res, ceruicis'que, subleues, mingẽ-tes nigra, densa, spissa've, quibus

hæc sũt, præstolantur´ve, bonum non est. Quibus´que nigra prodeũt, ꝑditura´ve tmẽtur, pessimũ est. Cũ resolutione si quis demisse deposite´ve cubet, nec loquat̃, pnicıosũ est. Lateris costarum´ve dolores cum sputo bilioso præter rationem vanescentes prosiliunt pullulãt´q; rursus, somnolento sudorifero´q; ceruicis dolore si quid venter sufflatus & tumens liquidũ per vim demittat subsidat´q;, deinde non biliosa decedant: quæ si durent diutius ęgrotabit, quippe non biliosæ circũlauationes deiectiones´ve leuiusculæ, minus´que periculosæ sunt, quod´que tumet & inflatũ est, tumore eo prodest: venter´que tumens cum per vim liquida demisit, si celeriter retumescat, quid cõuulsorium habet: quemadmodum Aspasĳ filio contigit. Perniciosum his est, superfrigere rigere´ve. Si quis ex his cõ uellatur, turgeat´que, diutius languet, lurida´que & putrida os de-

mittit. Longa mala lumborũ, dolores'ue si aliquatenus præcordia petant, cibi fastidium cum febre ferunt. Caput ĩs si continenter doleat, conuulsorium in modum citò necat. Qui superfrigent, rigent've, per noctem'que magis aggrauantur, peruigilant, inflammantur, lotium est, cum in sese demittant, & ad conuulsiones somnolẽtas finiant. Qui per exordia superfudant, lotium'que concoctum mingunt, tactu vrunt, deinde nõ decretorie refrigerãtur, subito'q; recalescunt, si torpidi sopores ĩs fiant: si conuellantur, perniciosi sũt. Lippitudini epiphoris've capitis dolores somnolenti cum grauedine superueniãt, mali sunt, fortasse ĩs eueniet quid cõuulsorium pati: dolores'que strangulabundi in angustis faucibus si fiant, quid conuulsorium habent, præsertim si de capite moueantur: quemadmodum Thrasinontis fratris filiæ contigit. Tremulæ conuulsiones

ſudantibus ſi fiant, ſubredire con-
ſueuerunt, decretorium ĳs fit, cũ
ſuperfrigent rigent've: qui cũ ſu-
perfrigent, circa ventriculum æ-
ſtus clauditur. Lumborum dolor
labor've, caput, cor'q dolenti cũ
difficili violenta've olctatione ꝗd
conuulſorium mutum habet, cũ'q
decretorio frigus, rigorem've. Si
vẽter ſubliuida turbulenta'q de-
mittat, tenuia'que aquoſa, vel tur
bulẽta ſint, lotia ſuſpecta ſũt. Fau-
ces paulum exaſperatæ, cũ ad ſel-
lam vana ſurrectione frontiſ'que
dolor, bonũ nõ eſt. Lãguidi, delaſ-
ſati, dolitantes, in ſtragulis veſti-
mentiſ've cubãtes, ſi quid ĳs præ-
terea creſcat & addatur, difficile
malum'que eſt. Somnuſ'que in ĳs
multus conuulſorius eſt, frontiſ'q
dolor grauis, mictio'que difficilis,
malum eſt, lotĳ'q ſtilla, ſtatio've:
qui cum cõuelluntur, horrent, fri
gent've, ſuperſudãt. Purgationes
vacuationeſ'que puræ in omnibus
quidẽ grauant, ſed in his valde: ſu

per'que his tubercula secundũ au-
res suscitãt, turbulentæ'q; delira-
tiones & audentiæ, peruigiles'que
conuulsoriæ spasmaticę've sunt,
cum sudore præsertim, ceruicis'q;
scapularum, frontis corporis'que
totius perfrictiones, super his pu-
rulentę spumosæ'q; mictiones. Cũ
animi deliquio defectu've, seu ap-
sychia, luminis obscuratio caliga-
tio've, conuulsionem spasmon've
proximum esse significat: cessãti-
bus'que ab his proximam esse cõ-
uulsionẽ mortem'que, caligatio o-
culorũ deliquiũ'q; animi apsychi-
a've significat. Cubitorum, cerui-
cis'q; dolores conuulsoria spasmo-
dea've sunt. Vultus autem, fauci-
um'que hæc, pallor, gracilitas ma
cilẽtia've, crebra hiato, sputatio-
'q;, sup ĩs sudores ĩ sõnis optimũ
est quippe sudore leuari plurimis
nõ malum est. Labores dolores've
si ad inferiora descendant, facilius
his feruntur, cum febre superfu-
dare, caput dolere, ventrem com-

pressum habere, cõuulsorium est.
Subalbida dissoluta, liquida'que o=
letula mala'que, non sine febre i=
gne've, nec opportune circum re
frigerantia bona non sunt, super=
'q; his frigora rigores've dolores
'que, ventrem, vesicam'que corri
pientes, quippe soporem i his quid
conuulsoriũ habere non mirarer.
Si vlcera in grauibus sanguinolẽ=
tis fiant, mala sunt, deiectiones'q;
albæ malæ difficiles'que sunt: liui=
da glutinosa de his prodeũtia mul
to labore, & æstu prodeunt & ex=
cernuntur. Profecto de his torpo=
res somnolenti, subconuulsorĩ'q;
superfiunt: qui si fiant, diutius su=
perlanguent, quippe circa decre=
torium hi biliosi tussibundi'que fi=
unt, cum'que difficultate spirant.
Quæ de lumbis in ceruicem, ca=
put'que stupidum in modũ redũ=
dant, conuulsoria sunt, mentis'que
excussoria: quippe hæc conuulsio=
ne spasmo've tollũtur, propterea
per eadem euntes, varie languẽt.

Cõuulſiones ſpaſmi´ve per vulua rum vitia febre carẽtia faciles ſũt: quemadmodum Dorcadi cõtigit. Veſica compreſſa, præſertim cum capitis dolentia quid conuulſoriũ habet, ſoluentia in his torpide diffi cilia ſunt, non tamen pernicioſa, quippe & hoc mentis excuſſoriũ eſt. Quin & oſſium pręciſiones in capitis temporibus conuulſionem ſpaſmon´ve prouocant. Temulẽtum per exordia multum agitato percutito´ve, conuulſoria ſpaſmodea´ve ſputa, cum ſudore febriculoſo vilia, ſiue nõ periculoſa ſunt: quippe his venter per dies aliquot liquida demittit, qbus puto tuberculum apoſtema´ve ĩ articulos vẽturum eſſe. Mentem percutientia vitia atræ bilis, melancholica´ve valde & audacter parum durant: ſi vero de muliebribus malis proficiſcantur, ferina ſunt & peiora, pluſ´que temporis durant. quin & hæc cõuulſoria ſunt, quin & cum grauedine ſomni´ve marcore non

loqui conuulsorium est: quale filiæ sutoris euenit, quæ, cum fœminea purgamenta comparuerũt, febricitare cœpit. Quibus cum conuelluntur, oculi splendent, validi generosi'ue & apud sese non sũt, diutius'que languent. Contrà qui sanguinem emittunt, peius habent, quemadmodum illi, qui lienẽ magnum inflammatum'que habuit, cui de dextera nasi parte sanguis prorupit. Quæ'que pręcordia vexant, similiter habẽt. Supersudãti vero malum est cum pusillis sudoribus, deinde refrigeratis sanguis de naribus profluens, tetrũ cacœthes've est. Post sãguinis eruptionem si nigra demittantur, malũ est: pessimum vero si & perrubra, quippe si quarto die post sãguinis eruptionem soporentur, cum cõuulsione spasmó've finiũt: vtpote cum nigra demiserint, venter'que tumeat. Qui post sanguinis eruptionem statim sudãt, tetrum est: clam enim hi differendo finiunt.

Post breuem paruam'ue sãguinis eruptionem, nigrorum'que demissionem per graues morbos surditas, malum est. Sanguinis egestio his perniciosum est, surditatem vero discutit. Lumbis dolitantibus, si cor vellicetur, sanguinis erupturi puto signa præcedentia sunt. Qui statis temporibus sanguinem emittunt, postea si sitiãt, hoc discutit: si vero sanguinem non emittant, comitialiter finiũt. Qui subitò commouentur, peruigilant, destillant, sexto die leuantur. Qui nocte laborant, die sequente supersudant, delirant, sanguinem abunde demittunt. Quibus diu sanguinis eruptiones fuerunt, postea venter male habebit, lotia nisi digerantur: quippe lotium aquosum hoc præ se fert. Perfrictiones sanguinem emittentium vehementes per dies decretorios pessimæ sunt. Capitis grauedine vexati, si frontes dolitẽt verticem'q;, sanguinis

eruptione peruigilant, præsertim si dolor ceruicem petat, subito e∫tu peruigilãtes sanguinem emittẽt, præsertim si quid ante profluxerit, quippe horrentes & soporati caput dolitant. Cum supercilia ceruix'que dolitant, lumina'que perrubescunt, sanguinis erupturi signa sunt. Qui ventre remorato sanguinem emittunt superfrigẽt'que, malum est: quippe his hoc sãguinem emittere, ventrem lubricum & ad intestinorum leuitatẽ tendentem, vel superasperum & durum, vel tineas, vel vtraq; facit. Quibus lumborum dolor in caput recursat, his vel manus torpescunt, vel cor dolitat, vel biliosi fiunt. Qui sanguinem abunde emittunt, venter'que erumpit, plerun'que hi mente mouentur. Qui post sanguinis multam eruptionẽ crebra nigra demittunt, post'que ventris remorationem sanguis erumpit, vẽtrem hi dolitãt, simul'q; ventosa inflatione vexã

tur, facile tamen ferũt. Quin & hi multo sudore frigido supersudãt, turbulentum in his lotium malum non est, nec quod simile semini genitali subsidet, crebro tamen hi aquosa mingunt. Quibus de naribus parua sanguinis destillatio, post surditatem torpedinẽq; difficile quid habet, vomitus his, commotioq; vẽtris confert. Quę post frigus laboriose febricitant, muliebria his transcurrũt. Collũ in his dolitatum sãguinis eruptoriũ est. Caput si concutiatur, & aures titinnent, sanguis erumpet, vel muliebria transcendent, transcurrẽtve, præsertim si spina æstuet: forsan & hoc intestinorum difficultatẽ præ se fert. Si venter pulset saliatve, præcordiaq; tumore magno contendantur, sanguinis horridulæ eruptiones accedant, si multum de naribus fluat, liberantur. Quibusdã vero conuulsiones, spasmusve prouocat, quod sãguinis missio per venã discutit. Cre-

brę ad sellã surrectiões pua, suffla
ua, glutinosa, feculẽta demittẽtes,
cum pcordiorũ costarũ'qꝫ dolorę
morbũ regium portẽdunt: quippę
qui cũ his crebro surgũt, tamẽ di-
scutiũt, puto & hos sanguinẽ emis-
suros: nam dolores in lũbos recur-
santes, sanguinis erupturi signa
sunt. Præcordiorũ vero contẽtio
cum capitis grauedine surditate-
'qꝫ, quę'qꝫ aures molestãt, sangui-
nis emissaria sunt. Destillationes
vndecimanæ malæ, morosæ've
sunt, pserti si bis supstillent. Qui
cũ horrore decretorie sudant, ma
lum non est sed si postridie pręter
rationẽ horreant, peruigilent, his
concoctis sedatis've puto sangui-
nẽ emissuros. Quibus p initia san
guis abunde prorumpit, frigus'ri-
gor've sistit. Post sanguinis eru-
ptionẽ rigor pessimus est. quibus
caput dolet, ceruix laborat, corpo
ris extrema tremũt, sanguis si p-
rũpat, discutit, quin & sic tẽpore
discutiũtur. Lotia his quibus secũ
dum aures extuberauit, sic celeri-

ter, paulatim'que, & breui concoquatur, malum est, qui & sic perfrixisse, pessimũ est. Caput subgrauantia, soporantia've morbum'que regiũ adducentia si sentiãtur, nõ valde sontica periculosa've sunt: qui singultant, venter ĩjs prorũpit: si forte sistatur, hi alienantur. quippe his si secũdum aures extuberauit, cũ'que rigore lotia retineantur, malum est, prȩsertim si quȩ secũdum aures sunt prægrauant soporãt've, profecto his reuersio timenda est. Post reuersionem sedimentum excremẽtum'que, l mosum subliuidũ'que malum est, quippe per hæc præcordia dolitantur, puto'que dextra, profecto & cȩcutiũt hi, quæque secũdũ aures sunt, parũ dolitant. Si venter his prorũpat, perniciosum est. Secundũ aures ĩ ȩstuosis maxime tubercula fiũt, fœtidis'que & ȩstuosis inuoluolis febre'graui: sed pcordĩjs diutius tumescẽtibus secundum aures si tubercula fiãt, necat. Lenius autem ex surditate, nisi quid æstuosum,

soporiferũ'q; superueniat, quæ in his mala sunt stupidis'q; & siderа=tis. Cõuulsoriũ aũt in modũ depositis tubercula secundum aures fi=unt, sed conuulsorio tremebũdo, æstuoso, soporato'q; modo affecto paruula secundum aures tubercu=la suscitantur. Profecto quibus se=cũdum aures extuberat, caput hi dolent, superiora sudant, superri=gent, venter prorumpit, quid so=poriferũ quãdoq; subrepit. Quin & lotia aquosa albis ĩtercursitata, superfluitata, varie exalbida, oli=da, secundũ aures turbercula por=tendunt. Profecto qui hæc min=gunt, crebro stillant: quippe lin=gua his læuigata est & pura. Qui ventosi sunt morbo regio, graui=bus'q; febribus obuĩj sunt, pręcor=dia durescunt: quibus cum refrige rãtur, secundum aures magna tu=bercula surgũt. Sõnolenti, ęstuo=si, p̃cordia parũ dolitati, parũ'q; vomentes, tubercula his secundũ aures surgũt, sed prius circa vul=

tum, si venter nigra, feculenta, biliosa, fœtida demittat, sopor'que superappareat, secundũ aures tubercula tussiculam'qꝫ cum sputo suscitat, quę secundum aures tubercula mollit: sopor de capitis dolore, surditas, vocis obscuratio secundum aures quid eructat, præcordiorum consistentia cum ardẽti æstu, capitis'qꝫ dolore secundũ aures sustollit. Quæ secundũ aures dolitãt, si sine decretorio molescant, malum est.

HIPPOCRATIS PRAEDICTIO SECVNDA, SIVE PRAEDICTORIVS LIBER SECVNDVS.

MEDICORVM prędictiones multæ, pulchrę, mirādę'q; ꝓfecerunt, quales nec ego prędixi, nec aliū p̄di centem audiui, quę sunt hæ: lāguentem quendam medico curam eius habenti, cæteris'q; perniciose habere visum esse, medicū autē aliū dixisse non periturum, sed cęcum fore, pessime habere alium dixisse, sed euasurum, manū'q; lęsam habiturum, modo nullo euasurum alium pronunciasse: sanum quidē eum futurū, alium dixisse, sed pedum digitos denigratos putrefactos'q; amissurū. multa'q; talia p̄dictoria in hac specie dicuntur. Modus vero prędictiōis alter est, distractis, vęnundatis'q;, quibusdam mortem prędicere, quibusdā insaniā furorē've, quibusdā alios

morbos, temporibusq; his & prioribus quæ pdixissent, vera fuisse. Prædictionũ alia forma pter hæc esse dicitur: certatores athletasve cognoscere, quidq; morborũ causa exercentur defatigantur'q;, si quid cibi vel ptermittãt, vel quid mutatum, & non consuetum sumant, vel potu copiosiore pleniore'q; vtãtur: vel si quid ex deambulatione prætereant, vel si quid in venerea re deerrent faciant've. horũ oĩm eos nihil latet: nec si qd pusillũ sit, q is homo nõ obtẽperãs nõ rite seruauerit. Modi vero prędictionũ hi esse dicunẽ: q quidẽ ego non vaticinabor, sed notas signa've describã, quibus euasuros perituros'q; cõiectura cognoscamus, cito'q; vel tarde sanos futuros vel perituros. mihi vero scriptum est & de abscessibus, queadmodũ quẽ'q; obseruari cõueniat, puto & de claudicatiõibus, lęsiõibus, cęteris'q; talibus cõfirmato iã morbo, claro'q; existẽte abscessus

non curſuros prædixiſſe, ſi men-
tē adhibuiſſent, multo antequàm
fierent abſceſſus, prædixiſſe. Cre-
do etiam, ſpero'ue me humanius
magiſ've, q̃ capiat humana mēs,
prędixiſſe, q̃ quæ circunferuntur
prędicantur've, de diſtractis ma-
gno've conductis prędicta fuiſſe,
mortes, morbos, furores, quæ mi-
hi facilia videntur, volenti men-
tem've his adhibere. Primū qui-
dem ſubhumidos, aqua've ſubter
cutē laborantes tabidos deſipien-
teſ'q; quis non nouit. Nam hęc nō
eſt, q; lateant prætereant've eos,
qui ſciūt quibus hęc germana, co
gnata, gētilia've ſint mala: vel ſi
vnq̃ prius furore perciti fuerint,
vel homines hi vinolenti ſint, car
nium've voratores, vel peruigi-
les & pernoctantes; vel frigore,
calore nimio verſati hęc concepe
rint, quo vitæ inſtituto nutrica-
tu've ſperandum credendum've
eſt eos deſipientia laboraturos.
Eiſcoſos vero ſi quis per hyemem

multum comedere potareque videat, colorisq; boni esse, prædicere de his est per Ver sanguinē erupturum, per ęstatem vero diluti coloris fore. Quare qui hæc oīa didicerit, ijs qui hæc certamīa appetant, hæc prædicito. Poterit etiam ex ijs quæ scripta sunt & mortem prædicere, & furorem & bonum habitum. Dicere vero possem & multa talia, sed cognitu facilia mihi scribere visum est, consuloq;, & suadeo quā prudentissimos, & parcissimos esse in his prędictionibus, & in tota arte: sciantq; si quis consequatur vti vera prædicat, scienti & languēti in sūma admiratione erit: si vero deerrauerit, perosus erit, forsāque insanire videbitur. Qua de caussa suadeo, vti prudēter raroq; prædicēt, cæteraque alia omnia & hęc agant cum prudentia: si quidē & audio, & video homines, quę in arte dicantur aut fiant, nec bene sentire & iudicare, nec dice-

re. De ījs vero qui exercentur & defatigantur, veras prędictiones, sicuti dicunt qui asserunt, nec esse puto: nec si quis putet, impedio. Signo em̄ nullo bono malo've cogitatiões opiniones've lędunt, quo credētē oporteat scire possit've p̄dicetur nec'ne recte: tamē qui velit credere, credat: nihil em̄ impedio. Puto aūt de his si quid verum dicitur, vel de ījs qui exercentur, vel de ījs qui præscripti sunt, primū quidē signū est, eū qui scit, cogitare, cōiectari & obseruare q̄d dicat dicturus've sit, deinde dubitanter humane'q; prædicere, simul'q; eos qui hæc dicunt, maius monstruosius've quā fuerint, dissrere. Siquidē languētibus nō facile est medicorum errata dignoscere, cū hi cubent, cibis'q; parum nutrientibus vtūtur, vti nō multum videant & obseruent sese curantē, subcontēplantem'q;. Solum em̄ aliqui potant, quidā ad potum sorbitionē, vel perpusillū cibum

addunt: quare necesse est, eos qui plurimũ potant, difficile spirare, multũ'que mingere: qui vero multum & sorbẽt & comedũt, magis sitire febricitare'que. Si quis vero potu cibis'que sine modo vtatur, preter febrẽ spiritũ'que difficilẽ ventrem quoque turgidũ habebit. Licet aũt hæc oĩa, cætera'que his experimẽtis tentare & experiri, quibus vtimur, probe'que cuncta tenemus. Primũ quidẽ mente cogitatiõe've, oculis'que hominẽ in hoc cubantẽ, probe'que nutricatum cognoscere facile est, si quid non paruerit, deãbulando comedẽdo've, deinde ventrẽ, venas,que manibus tangendo minus fallitur, quã si non tangat: preterea febrient. & nares multa & optime demonstrant: nam non bene olent, sed in macilentis, probe'que nutricatis hoc experimento vtar ne nõ scio. Deĩde vocem spiritum'que auribus captando, quæ in valentibus validis've similiter non patẽt, &

dignoſcere eſt ſicuti prius, q̄a mu
tata ſunt. Sed ſi mores & naturas
languentiū, morborū'q; medicus
prænoſcat, prædicere non opor-
tet. difficilius em̄ ille non ſpirabit.
Morbo nanq; adhuc errante, fe-
bre vehemētiore & acutiore cor-
ripi poſſet, vēter' que intēdi: qua-
re propter hęc tutum nō eſt prius
q̄ morbus conſiſtat, p̄dicere: poſt
autem hoc tempus, quicquid prę-
ter rationem fiat, dicere oportet.
Si qua enim grauia mala quòd nō
obtēperauerit, fiant: patent. Spiri
tus enim difficultas vno vel altero
die ceſſat, cętera'que talia quę pec
cant & committunt. Si quis ergo
hoc decretoriū p̄uidens dicat, non
peccabit. Modum hūc quidē con-
ſiderationū obſeruationū' ve nūc
inducam, de ĳſ'que qui domi ma-
nent, & de ĳs qui exercentur, cę-
teriſ'que talibus cunctis. Diligen-
tias autē illas ſummas & audio, &
derideo prędicētiū. Puſillū em̄ ho
minum non obſequentium redar-

guã nec'ne, haud ſcio. Si vero ma gnopere peccẽt, quemadmodum obſeruetur, ſcribo. primum quidẽ oportet hominẽ quem quis obſer= uet, ſi qua nõ paruerit, videre nũ ne toto die, hora eadẽ loco & mo= do ſteterit, ſole præſertim recens orto: tunc enim languens vacuus & ieiunus eſt, nihil'que defatiga= tus niſi matutinis deambulationi= bus, quibus paruerit nec'ne, ſur= rexerit, deambulauerit, videndũ eſt: quare neceſſe eſt eum qui rite nutricetur, hac hora potiſſimum ſtatũ coloris, totiuſ'que corporis ęquum habere. Quam ob rem qui curat, mente oculiſ'que prętò ſit, probe'ꝙ hominis mẽtem, modos, corporis vires obſeruet: nã quidã facilius, quidam difficilius manda= ta perficiũt. Primum quidem vi= dendum eſt, nũ validus ſit & vo= rax, nũ plus iuſto comederit pota uerit've: quod ex his patebit, cum tumidius, craſſius, pĩguiuſ've, co loratiuſ'ꝙ eius corpus fuerit, num

vẽter male demittat: nã hi prom
ptiores sunt ad defatigationem.
Prȩterea considerandum est, nũ-
quid eructet, vẽto've molestetur:
q̃ fiãt necesse est ĳs, qui sic deliq-
rit. Si vero sȩpe comedere coactus
sit, valde'q; laborare, cibũ've nõ
cõcoxerit, vel potus sit, vel post
multam cœnã nõ multum deam-
bulauerit: q̃ sic obseruato, cœnã si
non cõcoxerit, quod cõsueuit de-
ambulato. Sic enim visu gratior
erit, & ad exercitatiões paratior,
sed minus cõpactius'q; demittet.
Si vero post cœnã nõ deambulet,
vento tumescit, copia'q; & pleni-
tas non minuetur, plus'q; q̃ prius
defatigatione sudabit, difficulter'-
q; spirabit, grauescet magis, sed
minus glutinosũ vẽter demittet.
Si vero cibum non consumpserit,
nec deãbulauerit, languidior, pi-
grior, tumidior'q; erit. Sin aũt po
tus, magis q̃ prius sudabit: diffici-
lius'q; spirabit: magis'q; grauescet
humidior'q; erit q̃ cõsueuit: mo-

rosior'que,nisi & caput aliquatenus vexet. Si vero semel fœmia vtat, grauior,acutior've &solutior fiet si sepius,durior & aspior,& aliq te nus aridus & estuosus fiet,decolo- ratior'que,magis'que delassabit. Labo rātiū vero,sese'que exercētiū oletū modicū & durū esse debet,dū pa- rū comedēt,potabūt'que: si vero q- tidie, vel tertio quoque die, vel quar- to, vel lōgiore tēpore oletēt, picu lū estne, vel febris, vel fluxus vē tris ipsos corripiat, Quæcūque em̄ oleta liquidiora sunt, q̄ vt possint in exitu conformari, cuncta'peio- ra sunt. Crebro vero comedenti- bus, multū'que sese defatigantibus oletū molle cū sit,siccū esse debe- ret, copia'que intrantium rata por- tione defatigationis. Pari vero ci- bariorū copia multum ab iis, qui parum sese defatigant, egeritur, parū'que ab iis qui multum, si qui- dē sani sint, probe'que nutricētur: quare cū his cōparent. Liquidio- res autem egestiōes sine febre ci-

tius septimo die discretæ, si semel simul've fiãt, q̃ si repetãt, vtiliores sunt. Si vero hoĩes supfebricitẽt, vel fluctiones subter reuertãtur, si lõge fiant, oĩno malæ sunt, siue biliosæ sint, siue pituitosæ, siue crudę, peculiaribus'que nutrimẽtis, potionibus, medicamentis'que singulæ egent. Lotium vero pro copia potionis mingere oportet, semper'que par, simul'que crassius'que paulò q̃ quod potatum est. Sin autem aquosum sit, plus que q̃ potari mandaretur, hominem nõ parere præ se fert, maiore'que potu vti, q̃ vt cõcoqui & demitti possit, donec hoc mingat. Si vero paulatĩ mingat, & stridat lotiũ, medicę potionis hominem egere significat, vel malum aliquod circa vesicã esse. Sanguinem vero mingere rarius quidem, parum'que sine febre doloréque nihil mali prę se fert, sed laborum solutionem. Sæpius autem & multum si mĩgat, vel horum quid graue fiat, bonum non est, siue cũ

dolore, siue cũ febre mingat: quare predicito. Sed si pus supermingatur, dolores tollit. Crassũ vero lotium, sedimentum tenue habẽs, dolorem articulorum, vel abscessum significat. Cætera vero sedimenta omnia, quæ ĩ lotĳs sese defatigãtium fiunt, de malis quæ circa vesicam sunt, fiunt: quod dolor qui vix sedatur, demonstrat. Hęc quidem, & alia de his & scribo, & dico. Qui vero per summam diligentiam quasdã prędictiones accusant, reprędendunt've, horum quidem nonnullis assentirer: pueris autẽ discipulis'q; vererer, quorũ scripta in manibus sumpsi, vti quid horum quisque sentiret, viderem: nusquam eam summam diligentiam inueni quę prædicatur, quare hęc scribere aggressus sum. De ĳs vero qui morbo aquæ subter cutẽ laborant, tabe'que, de pedibus'que, comitiali'que, sacro've morbo dicto corripiũtur de cũctis aliquatenus ferè idẽ dico. Quibus

horum morborum quid cognatũ, germanum, gẽtilicium've sit, ĩjs vix discuti posse scito. Cętera vero de his singulatim scribam. Qui autem aqua subter cutem tenetur qui'q; supfuturus est, bonis, latis, rectisque ĩtestinis eũ oportet esse, suapte'que natura simul facile con coquere demittere'que, facile spirare, nusquam dolere, corpus'que totum calidum æqualiter habere, postrema'q; non tumere. Melius tamen est postrema tumere, sed optimum est horum neutrum habere: mollia tenera've, gracilia'que postrema esse oportet, mollem'que tactu ventrem, nec tussire sitire'que, linguam non siccescere per omne tempus, præsertim post somnos, quo hæc valde fiunt. Cibaria vero libẽter sumere, postquam'que satis comederit, nihil affici, ventrem'que celerem & obtemperãtem medicamentis habere, semper'que molle & informatum oletare, lotium

'que'pfectũ digestũ've cõparere, cõmodũ'q; ad rem, vinorũ'q; mutationes. Defatigationẽ vero facile ferre, nec delassari. Si quidẽ ad oĩa hominẽ disponi optimum est, tutissime'que sanescet: si vero minus oĩa habeat, plurima tamen habeto: sic enim sperabit euadere posse. Qui vero nihil horum, sed contraria habebit, sine spe esse scito: qui autem pauca horum habuerit, q̃ optima esse dico morbo subtercutaneo laboranti, parum sperato. Cui vero sanguis multus supra subter'que proruperit, super'que febricitauerit, multæ aquæ hunc repletũ iri putato, morbo'q; subtercutaneo laborantiũ omniũ hic paucissimi tẽporis erit, minime'q; superit, de quo alicui p̃dicito. Qui vero modo valde tument, modo non, potius hi supererunt, q̃ qui sanguinis eruptione cõplẽtur cõcẽduntur've: qui hydropes, vel hi sic morbo subtercutaneo laborantes, morte eorum dolentes deci-

piunt,qui faciũt eos à medicis ne=
catos fuisse. De tabescentiũ vero
sputo tussi'que,eadẽ dico, quæ de
purulentis scripsi:qui bene libera=
ri,morbũ'que pellere cupit, facile
albũ,æquale concolor sine pituita
spuat,oportet, qđ'q; de capite flu
et nares petat,ne febricitet, ne ci=
bus somnus'q; cohibeat̃, ne sitiat,
vẽter quotidie demittat & durũ:
copia vero portioni intrantiũ re=
spõdeat,macilentũ minime homi
nem hunc esse oportet:pectus ve=
ro quadratum hirsutum laudato,
cuius alueus, carthilago, musculi
carnosi nõ sint. Quisquis em̃ hęc
oĩa habuerit, omnino superit: qui
vero nihil horum habuerit, maxi
me píclitabit̃.Qui iuuenes ex ab=
scessu fistula, vel alia re simili pu=
rulenti fient,vel abscessus repullu
latione nõ supererũt,nisi multa il
lis & admodum bona signa super=
ueniant: qui homines per autum=
nũ pereũt,quin & lõgis aliȷ̃s mor
bis plurimi hoc tempore pereunt.

Cęterorũ vero minime virgĩes fœminę'que supsunt, quibus mẽsiũ defectu tabes fiat phthisis've. Si qua vero virgo, vel fœmina supfutura est, quã plurima signa optima ei superueniãt opus est, mẽstrua'que lipida, pura'que sup cõpareant: si minus, spes non est. Qui vero hominum, fœminarũ, virginũ'que sanguinis pruptione purulẽti fiunt, non minus supsunt. Cuncta vero signa tabescẽtium purulentorũ'que qui supfuturi, vel perituri sunt videat've tibi, cõsiderato, pdicito'que. Sanguinis vero proruptione ĥ maxime supsunt, quibus atrę bilis dolores in pectore, tergo'que sunt, post'que sanguinis eruptionẽ dolore aliquatenus leuãtur: tussis aũt febris'que his nõ ferè supuenit. plurimi vero sũt, q siti vsquequaque facile ferãt, quibus sanguinis eruptiones maxime reueniũt, nisi abscessus supueniant, quorũ abscessuũ ĥ optimi sunt, qui maxĩe cruẽti fuerĩt. Qui vero pectora dolitãt

tẽpore'ꝗ emaciãtur, sine'ꝗ febre suppuramẽtis tussiũt, difficulter'ꝗ spirant cũ tussient, difficulter'ꝗ spirabũt, quid'ꝗ conuersũ, vel'ꝗ reuulsum olidũ'ꝗ spuẽt, eos perituros putato. De ĳs vero qui de pedibus laborãt, podagrãtibus've hęcꝗ vel senes sunt, vel articuli iũcturę've ꝓtuberãt, vel laboriosum ĩ modũ viuũt, siccũ'ꝗ vẽtrẽ habẽt: quatenus ego noui: humana arte hi sanari nequeunt: si tñ difficultas ĩtestinoꝝ dysenteriáve superueniat, hos ꝓbe sanat: cęterę'ꝗ destillationes ad inferna tendẽtes valde ꝓsunt. Quisquis aũt iuuenis est, cuius'ꝗ articuli nondũ ꝓtuberarunt: moribus'ꝗ diligẽs ꝓbus'ꝗ sit & laboriosus, ventrẽ'ꝗ bonũ & necessarĳs rebus parentẽ habeat, medicũ'ꝗ mẽtẽ prudẽtiámve habentẽ nãciscat̃, sanescet. Sacro quidẽ comitiali've morbo correpti difficillime liberãt̃, qbus præsertĩ de pueritia ad virilitatẽ vsq; creuerit vnà, deĩde quibus in

adulescẽtia vigẽti corpore valido & ętate fiet, fuerit'que de viginti-quinque ãnis usque ad quinque & quadraginta, post hos quibus malum hoc qua corporis parte incipiat, non p̃signauerit: nã quibus de capite, latere, costis'ue, vel manu pede's-ue icipere videtur, facilius curat. Differũt eñi hęc inter se: quę nan-que de capite incipiunt, difficillima sunt, deinde latere costis've: q̃ ve-ro de manibus pedibus'que auspicã tur, facillime sanantur. Manũ his medicum admoueat oportet, qui morbi huius modos naturã've, cu rationẽ'que nouerit: si languẽtes iuuenes sint, si laboriosi, cõsidera-to, petito've, mẽtes'que eorũ quid'ne mali habeant, si prius sideratus fuerit, quæ atræ bilis excessiones, bonę nõ sunt. Cęteræ aũt oẽs, q̃ ad inferna repũt, optimę sunt hoc lo co, q̃maxĩe cruẽtę sunt. Qui vero senes iã corripi cœperũt, ferè mo-riunt: sin autem non pereunt, citò per sese liberant, nihil'que medi-

cis iuuãtur. Quibus autẽ puerorũ oculi subito vertuntur, vel malũ aliquod maius patiũtur, vel tuber cula sub faucibus suscitantur, vel gracilescit vox, vel dutius sicce tussiunt, vel cum adoleuerunt, vẽ ter dolitat nec mouetur, vel latus costæ've torquentur dolitant've, vel venæ crassę ventris varicantur, vel omentum petit, vel testis tumet, vel manus gracilescit debilitat'q;: vel pes, vel tibia tota sine alia caussa manca redditur, claudicat've: quibus omnibus morbum præcessisse scito. Puerorum'q; nutricatores interrogati plerunque hoc fatẽtur: quosdã vero latet: quãdoque hoc cœperit, se nescire dicũt. Qui autẽ vulnera vlcera've cogniturus est, quõ singula finiãt: primũ species hõinũ noscat oportet, q̃ meliores peiores've sint ad vulnera vlcera've: deinde q̃ ætates facile vel contrà curẽt, quibus've facile difficile've hęc senescãt, locaq; corporis in quibus vulnera

vlcera've cum sunt, curatu facilia vel cōtrà sint. Quēadmodū enī ætates loca'q; corpis īter se differūt sic & in his vulnera vlcera cū sūt: facile vel cōtra curantur. Quæ q̄ rite considerarit, sciet quo pacto singula discutiantur: qui vero hoc non faciet, nunquā sciet qui vulnerum vlcerum've finis futurus sit. Species aūt optimæ sunt hæ, leues agiles've mediocriter, bonis ītesti nis præditę, nō carnosæ, nō durę, nō asperę coloris autē albi, vel nigri, vel rubri sint. Nā hi optimi sunt, cum puri sunt: quę vero mixto colore sunt, vel semiluridę, vel luteę, vel liuidę, vel pallidę, bonæ nō sūt. Species vero præscriptis cōtrarias peiores esse scito. De ętatibus vero, siue per ęstates hęc obseruato: tubercula purulenta strumosa plęrunque pųeris fiunt, quæ facile discutiunt: maiusculis vero & adultis iuuenibus minus quidē hæc fiūt, sed difficilius tollūt, quę viris minime fiunt: similia vero sa

uis ceria´ve grauia periculosa´ve
fiunt, quæ non facile curantur: cã
celli´q; latẽtes subalti, vexãtes´q;
pustulę manẽtes oculorũ epinycti
des´ve, serpẽtia´q; vlcera herpe-
tes´ve, q̃ sexaginta annos vsque
procedũt. Senibus autẽ tubercula
phymata´ve talia nõ superueniũt
sed cancelli latentes, qui´q; postre
mas partes molestãt acropathiæ,
qui cõmoriuntur. Locorũ autẽ alę
difficillime curant̃, vẽtris´que mol
lia vacua´que, fœmina´q;: nã in his
crebro abscedit reuenit´que. Peri-
culosissimi autẽ articulorum oĩum
pollices sunt, pedũ præsertĩ, qui-
bus´que lingua ex obliquo & late-
re vlceratur, quod diutius durat:
quare dẽs ne quis acutior in causa
sit, cõsiderato. Mortifera aũt vul
nera sunt ceruicis, iuguli, colli, in-
guinũ, magnarũ & crassarũ ve-
narũ, deĩde cerebri, iecinoris, in-
testinorũ, vesicę: quę oĩa valde p-
niciosa & periculosa sũt, sed nõ tã
ineuitabilia quã putãt̃ vident̃´ve.

Loca vero hæc noĩa hñtia ĩter ses-se valde differũt, modi'que ipsi mo res & consuetudo. Plurimũ etiã differt hominis ipsius corporis dispositio p̄paratio've: quandoque enĩ saucius nõ febricitat, nec ĩflãmatur qñque sine patẽti causa febricitat, corporis'que pars aliqua penitus inflãmat: quare si saucius desipiat, vulnus facile fert. vulneri autẽ tãquã abituro, sanitatem've accepturo manus admoueto, medicæ artis & corũ quæ superueniũt ratione seruata. Moriuntur enĩ homines omnibus ferè vulneribus, plurimę nanque venę magnę crassę've, paruę tenues've sunt in corpore, de quibus si sanguen prorũpat, necãt, si eo prorũpãt, quas alio tempore si pertendamus, corpora leuant. Multa nanque vulnera in locis nõ magni momenti existẽtia nihil graue alatura vidẽtur, q̃ plagam ictum've dolore adeò vexant, vti patiẽtes respirare quiescere've non possint. Quidã autẽ

prę vulneris dolore cũ graue pe-
riculosũ'q; nõ esset, spiritũ quidẽ
resumpserunt, tamẽ delirarũt, fe-
bre'q; correpti perierunt: quod ĩjs
euenit, qui corpus ignitum febri-
culosum've habent, mẽtes've per
turbatas tumultuosas've. Quare
nec hæc mirabere, nec illa timeto,
sed cogitato scito'q; hominũ ani-
mos corpora'q; plurimũ ĩter sese
differre maximã q; vĩ habere. Quę
ergo vulnera cum tẽporis occasio
nem non commodam, locũ've pe
riculosum, vel corpus mentem'q;
talẽ nãciscuntur, vel corpus adeò
sic'q; affectum & paratum sit, vel
magna adeò vulnera sint, vti ho-
minem in sese consistentem mede
lam suscipere nõ sinãt: quę cum ta
lia sũt refugito, qui'q; singulis die
bus deficiũt eos, ne tãgito. Cęteris
autẽ cũctis recẽs vulneratis manũ
admoueto, multam'q; curã, longã
'q; custodiã adhibeto, ne homines
ĩj febricitent, q super futuri sunt,
ne sanguis ꝓrumpat, ne serpẽtia

rodētia've, siue nomę subrepāt: qđ in grauibus & periculosis potissimum facito, sic enim par est. Serpentia quidem nomę've lethalissimæ sunt, quæ putredines altissimas, nigerrimas, siccissimasq́; habēt mala periculosa'q́; etiam sunt q̄ saniē nigrā reddūt. Putredines autē albæ mucosæ'q́; minus quidē necant, sed magis reueniunt, longiores'q́; sunt. Serpentia vero herpetes've vlcerum omnium serpētium minime periculosa sunt, difficilius tamen pelluntur, quemadmodum & latētes absconditi've cācelli. Cunctis autem his confert, si febris superueniat, quę diē vnum duret, pus'q́; maxime albū crassū q́; si defluat prodeat've, si'q́; nerui os've, vel vtraq́; putrescāt, in altis & nigris putredinibus prodest pus enī multū de his putridis ꝓfluit, qđ putredīes discutit. Capitis autē vulnerum lethalissima sunt, quæ cerebrum pertingunt, quēadmodum antea scriptum est. Pe

riculosa grauia'que hęc oĩa;pręterea magnopere sunt, denudatum os, intro reclinatum,fractũ, si vulneris plaga,foramẽ've, parua sit,ossis vero scissura fractura've magna,maius periculũ est:quę cũcta grauiora sunt,si secundũ ossis fracturam scissuram've sint & suturã,summã'que capitis ꝑtẽ.Pręterea in omnibus momenti alicuius vulneribus sit ne recẽtes ictus collisiones've,num is in ictu conciderit soporatus've sit, petito. Nã si horum quid contigit, maioris custodiæ,diligẽtię,curæ'que eget tãquã cerebrũ senserit audiuerit've ictũ. Si vero recẽs sauciatus nõ sit signa alia considerato cõsulito'que. Qui vulnus in capite habet,optimum est,eum non febricitare,sanguinẽ non erũpere,nullã inflãmationẽ dolorem've superuenire: si vero quid horũ superappareat, ꝑ exordia si fiat,tutissimum est,si parũ duret.Cõfert autẽ in doloribus & inflãmationes quæ in vulneri-

bus fiunt, superuenire. Sãguis aũt in eruptionibus pus ĩ venis cõparere. Quę autem ĩ grauibus morbis febribus conferre scripsimus, conferunt & in his, si fiant quę optima esse hic dico: contraria vero, mala. Febrem autẽ in capitis vulneribus quarto vel septimo, vel vndecimo die incipere, mortiferum admodũ est, plerũq; tamen decernit: si vero quartanum sit vulnus, decimo febris incipiat, si septimanũ, quarto & decimo, vel septimo & decimo: sin autẽ vndecimanũ, vigesimo febrire cœperit: quẽadmodũ in febribus, quæ latẽte caussa fiũt, scriptum est. Si per febriũ exordia deliret, vel mẽbrũ aliqđ sideretur percutiatur've, hominẽ hunc periturũ esse scito, nisi penitus optima aliqua cõpareant, vel corporis virtus subsit, quæ resistat. Quare hominis modos mores've pdiscito & obseruato, spes enim adhuc aliqua superest: claudum autẽ, mancũ, & læsum mem

brum articulum'ue, quod vulnus incussit, fieri necesse est, si quidem is supersit. Quæ autẽ vulnera in articulis iuncturis'ue fiũt, magna si sunt, neruos'que continentes penitus præciderint, clausos, læsos've eos qui patientur reddent, demonstrabunt've: sin aũt ambigatur quomodo nerui habeant, sic captato & obseruato, si telũ qđ vulnerauit, acutũ & leue fuerit, vulnus'que rectum melius est quã tortuosum: si vero graue, retusum & hebes, nõnihil differet. Quare altitudinem profunditatem've, cęteraque signa spectato: quæ sunt hęc, Si pus super articulum compareat superueniat've, durum asperum've fieri necesse est: si vero & tumor simul permaneat, durum diuturnũ'que, tumorem'que sanato vulnere necessario permansurum scito. Mẽbra & articuli qui tortuosi flexiles'que sunt, cũ curãtur, cõflectantur & dirigantur. Quibus neruus casurus videat, tutius est

claudicatione͂ lęsione͂ve prędicere, præserti͂ si q̄s neruoru͂ iferioru͂ dissolutus sit: signis au͂t his neruos casuros dignosces, pus album, crassum, diutiusq; defluet, doloresq; & inflãmationes per exordia circa articulos fie͂t, quę & osse casuro fiunt. Quæ au͂t in cubitis abscissa su͂t, præserti͂ inflãmata si sunt, ad suppuratione͂ tendunt secationesq; & vstiones poscunt. Medulla vero tergi spinæve si læsa & affecta sit, casu caussave alia, siue suapte natura, sponteve, cruribus inualidis langue͂s redditur, tactusque non sentit, venter vesicaq; adeò contrahitur, vti primos dies oletu͂ lotiu͂q; non emittat nisi vi: quod malu͂ cu͂ inueterauit, si etiã languens deãbulet, oletu͂ lotiu͂q; nõ prodit, q paulò te͂pore post hęc perit. Quoru͂ vero fauces sanguinis cõple͂tur, sępius em͂ die nocteq; hoc fit, cu͂ caput nõ doleat, nõ tussiat, non vomat, non febriat, pectusq; scapulasve nõ doleat, fau-

ces huius nares'q̀ʒ spectato, nū vlcerata sint, hirudo've siue sāguisuga in ĳs compareāt. Oculi vero sordescētes ꝓbe liberant, si tūc & lachryma & sordicula & tumor simul incipiāt: sin aūt lachryma cū sordicula mixta sit, & non valde calida, sordicula aūt alba & mollis tenera've, tumor vero leuis & solutus. Si nāq̀ʒ hæc sic habeant, nocte'que versus oculus liniatur emplastretur've ne doleat & agitet, sic minus periclitabitur, malū'que parum durabit. Si vero lachryma multa calida'que cū pusilla sordicula, paruo'q̀ʒ tumore de altero tā tum oculo fluat, malū lōgius erit, sed sine periculo, dolore'que. Pręcipuū aūt ī his decretoriū subobseruato, primū quidē ad dies viginti: si vero tēpus hoc prętereat, ad quadragita dies expectato: sin aūt his diebus nō sedet, sexagesimo decernet, ꝑ totū'que hoc tempus sordiculā lemen've cōsiderato, quę si alba sit, tenera'q̀ʒ, mollis-

've, digito'q; hæreat misceatur-'ve, per tēpora decretoria præserti, si quidē cessatura est hæc faciet. Si vero vtri'q; oculi hæc patiant̄, magis periclitant̄ ne vlcerentur, citius'q; decernēt, sordiculæ vero, lemę' ve siccæ valde dolēt, cito'q; decernunt, nisi oculus vulneratus vlceratus' ve sit: tumor vero si magnus est, & sine dolore siccus'que periculosus non est: sin aūt doleat siccus'q; sit, periculosus est. Et ne oculus vlceret̄, palpebrę'q; coëāt, timendū est, periculosū aūt est & graue, si cū lachryma doloréq; sit: nā si lachryma calida salsa'q; defluat, periculū est ne pupilla palpebræ'q; vlcerent̄: sī aūt tumor cōsistat cōsidat've, lachrymaq; diutius supfundatur, sordiculæ'q; lemæ've sīt vna: his si viri sint palpebrarū conuersionē pdicito: pueris aūt fœminis'q; vlcerationem, palpebrarū'q; cōuersionē. Si vero sordiculæ luteæ sint, liuidę've, lachyma'que multa, calida'que, ca-

put'que æstuet, per tempora'que dolores in oculum tendant, firmẽtu r've, super'q; his vigilia veniat, oculi necessario vlcerabuntur; & ne dehiscant frangantur've, metus est. Febris autẽ superueniens prodest, dolor'q; supercilia petens lumbos've. His futura prædicito, cum tempus, quæ'q; de oculis fluent, dolores vigilias'que consideraueris, cũ'q; (si possis) oculum intus spectaueris, quẽ si fractum, per eam'q; fracturam pupillam supereminere videas, malum est, difficulter'que sistetur curabitur'q; : sin autẽ & putredo subsit, penitus hic oculus inutilis fiet. Cæteros præterea modos vlcerum prædicito, loca, putredines, altitudines'q; spectando: nam secundũ vlcerũ vim necesse est cicatrices fieri. Quibus aũt oculi dehiscunt franguntur've & superexcidunt, extuberant've, vti species pupilla've, seu acies extra suum locum sit, pote non est, vti hi oculi & tẽ-

pore & arte iuuentur, vti videãt. Parua quidẽ vlcera cicatricesque speciei, pupillæve motu medelã suscipiunt curanturve vti sistãtur, si nullũ aliud malũ superueniat, iuuenisque sit qui patitur. Cicatrices aũt vlcerũ, vlcerave quibus nullum aliud malũ adsit, omnes & tẽpore & arte iuuari posse putandũ est, potissimũque eæ, quę recentissimæ sunt, quæque ĩ corporibus iuuenculorũ sunt. Locorũ vero maxime species pupillæve vlceratæ lęduntur, deinde supercilia quęque his proxima sunt, species aciesve cũ glauco colore obducuntur, vel argenteo, vel veneto, nigrove, probũ nihil est. His autem paulò meliores sunt, quę vel minores vidẽtur, vel latiores, vel angulosæ, siue manifesta aliqua caussa tales factę sunt, suave sponte tenebricosæque, & nubeculis obductæ, vel stillis lucidis fulgere videantur: quæ oẽs tenuãtur euanescũtque, siue vulnus aliquod vlcusve,

cicatricē' ve pterygion' ve, pīnu=
lā' ve, seu vngulā eo loco habuerit
Si vero quid ītercipiat deficiat' ve
nigrū aliquatenus dealbat: quod
si diutius permaneat & duret, ex=
aspat & crassescit, sui' q; memoriā
signū' q; relinquit. Decretoria ve
ro, quēadmodum in febribus scri=
psi, sic & hoc loco habent. Quare
cum signa & notas pernotasti, &
obseruasti, p̄dicito, differētias q̄dē
in oculoꝶ malis sic obseruato p̄di
cito' q;, cū signa pessima supueni=
ēt cōparebūt' q; lōga fore putato,
quēadmodū in singulis p̄scriptū
est. nō lōga vero cū optima signa
cōparuerit, tūc' q; septimana vel
his pxima fore p̄dicito, sine' q; pe=
riculo, tuta' que oīno fore putato.
quibus aūt decretoriīs diebus me=
lius non fiet, reuersura putato &
expectato, cū optima signa nō p̄=
cesserit. Prę cūctis autē in his ocu
lorū malis lotīj statū sedimentū'=
ve contēplator: tēporū eñ occa=
siones pnices sunt & veloces. Dif

ficultates autem itestinorum dy-
senteriæ've si cum febre veniant,
vel cũ variis excrementis, vel cũ
iecinoris inflammatione, præcor-
diorum've, ventris'que cum do-
lore, vel quæ cibaria tollant & si-
tim præbeant, malæ sunt omnes
hæ, quisquis horum malorum plu
rima habuerit, citius peribit: cui
vero minima & pauca horum ad-
erũt, huic plurimæ sunt spes. Pue
ri vero quinque annorum ad de-
cem vsque hoc morbo potissimũ
pereunt, cęteræ autem ętates mi-
nus. Quæ difficultates intestino-
rum vtiles non, malæ've sunt,
mala hæc non faciunt. Sanguis
autem, ramenta'que strigmen-
ta've si demittantur septimo vel
quarto & decimo, vel vigesimo,
vel quadragesimo die, vel intra
& ante hęc tẽpora sedant: hęc eñ
excremẽta, & ante hęrentia cor-
poribus mala sanant, tẽporis qui-
dã spatio maiore q̃ recẽtia sunt, ci
tius possũt q̃ vetusta sunt tollere.

Siquidem & prægnantes ad maturũ fœtum tendentes, & Post pũtum magis seruantur, menses'que plurimos sanguinis, ramentosa'qꝫ excrementa fœtũ conseruant, nisi quis dolor prægnantibus adsit, adueniat've. Quare si quod eorũ signorum quę mala esse scripsi, in difficultate intestinorum superueniat compareat've, perniciem infanti, matri'qꝫ periculũ portẽdit, nisi post pueri fugam enixum've, & vuluæ solutionem & purgationem, difficultas intestinorum eodẽ die, vel paulò post sedetur cesset've. Leuitates autem intestinorum, lienteriæ've assiduæ continuę've, longæ'qꝫ, tempore omni & hora, die & nocte cum crepitu & sine, motę prorumpẽtes've, hæ omnes malæ sunt, si durant, cum oleto subeũte valde crudo, nigro, leui, liquido & olido: nam siti pręsbent faciunt've, potum'que in vesicam non mittũt, vti mingatur: sed os vlcerant, tumidum'qꝫ rubo

rem in facie creant faciunt'ue, lẽ-
tigines, vitiligines'que, colores-
'que varios, simul'que ventres fer-
mentatos, sordidos, rugosos'que
faciunt, propterea homines vesci
deambulare'que non possunt, cæ-
tera'que quæ peragenda forent, fa-
cere. Malum quidem hoc senibus
grauissimum periculosissimum'que
est, viros etiam valde molestat,
cęteras ętates minus multo. Quis-
quis ergo hac ętate non est, quam
dico male hoc morbo corripi, mi-
nus'que signorum quę mala esse scri
psi, habet, tutissime hic deget dis-
ponetur'que. Tantisper autẽ mor
bus hic curationis eget, donec ra-
ta potus ratione portione'que mi-
gat, corpus'que cibis intrãtibus au-
geatur coalescat'ue, malis'que co
loribus liberetur. Cęteræ vero flu
ctiones quę sine febre sunt & non
lõgę, leues viles'ue sunt: nã|ĩedia
remoratæ sedanẽ, vel sua sponte
cessant: quare cũ ventrẽ tetigeris
nullus motus inerit, crepitus'que &

flatus in excremēti fine ꝓdierit, fluxum hūc, exitū'q; cessaturū p̄dicito. Sedes aūt ꝓcidit cōuertit've, viris quidē quos fiscosos ventris fluctio corripuit: pueris vero calculosis, lōgis'q; intestinorū difficultatibus, & non puris vexatis: senibus vero, quibus in podice mucus compactus insit. Mulieres autem quę magis vel minus fœcundę sunt, sic dignosces. Primū quidem species, formas, staturas'que considerato. Paruæ nanq; melius concipiunt quam magnæ, macilētæ quàm crassæ, cādidæ quàm rubræ, nigræ quàm liuidæ, quę venas patētes habent quàm quæ nō. Carnem vero sup̄nutritā & multam habere natu grandiori, malū est, manus turgidas & magnas, optimū. Hæc quidem in conspectu sunt. Præterea petito singulis'ne mensibus menstrua copiose compareant, coloris'q; boni sint, paria've singulis tēporibus, statis'q; mensium diebus defluant: quod

si fiat, optimum est. Locum autem in quo conceptio fit & est, quem vuluam metren've nominamus, sanum, siccum, mollem, tenerũ'-ve esse oportet, non reuulsum re-tractum've, non procliuem, os'que eius non cõuersum, non clausum, non retusum, non auersum esto: nam horum quoduis conceptum impediret. Quę vero fœminæ cõcipere non possunt, luteæ'que sint & pallidæ, febre & intestinis caussa sontica non existentibus quid patiantur petito: nam dicent vel caput dolere, vel menstrua ma-la non pura, pauca'que descende-re, vel diu nõ exisse: quæ cum sic habent conceptus disp̄gitur, qua-re vuluę earum purgationis egẽt. Quę vero boni coloris pigues'que, & multę carnis sũt, venulas'que la-tẽtes habẽt, nihil'que dolent, mẽses his vel nõ cõparent, vel pauci nõ puri defluũt, sic'que difficillime cõ-cipiunt: si vero cum abunde men-ses descendant, corpore'que mulier

bene habeat, nec concipiat, locus
vbi vulua metre've manet, caussa
est ne fœcũda sit & cõcipiat: nam
vel cõuulsus, vel repercussus, vel
retusus est. Cætera vero quæ hoc
loco fiunt & eueniũt mala, cũ do-
lore, malo colore, tabe, colliquatio
ne've fiunt. Quibus autem vlcus
in vuluis gignitur siue partu, siue
vomica, phymate've, siue quauis
alia caussa, cum febre dolore'q; ne-
cesse est inguina tumeant: sin au-
tẽ & puerperia puerperij've pur-
gamenta deficiant, & intercipiã-
tur, remorẽtur've cum hęc mala
sunt penitus indiscreta, minus'q;
pura, lõgiora'que erunt, sup'que
his pcordia, ilia, caput'que dolita-
bũt. Quòd si vlcus sanescat, lo-
cus hic lęuigatior durior'q; neces
sario redditur, ppterea'q; minus
cõcipiet: si vero solum in sinistra
parte vlcus sit, mulier'que conci-
piat, siue vlcus adhuc habeat, eo'-
ve sanata sit, marẽ potius pariet.
Sin autẽ i dextera parte sit vlcus,

mulier'que cōcipiat, partū fœmineū potius fore putato. Si vero febricitet, ꝑpterea'ꝙ nō cōcipiat, tenuiſ'que tuſſicula eam vexet, petito num ne vuluæ ſint vlceratæ, malū've aliquod inſit, ex his quæ ſcripſi. Sin autem hoc in loco malum nullum ſubeſſe videatur, qđ maciletiæ, quod'que ne concipiat cauſſa ſit, ſanguinem vomituram hanc putato, menſeſ'ꝙ non comparere neceſſe eſt. Si vero febris ſāguinis eruptiōe tollatur, mēſeſ'que cōpareant, concipiet: Sin autem quæ ventris ſunt, priuſquam ſanguis erumpat, huda liquida've peſſimum in modum fiant, periculum eſt ne fœmina priuſq̄ ſanguinem vomat, moriatur. Quæ cōcepiſſe videntur, nec conceperīt, multos menſes falluntur, cū menſes non compareant, venter creſcat & agitet̄, caput'que, ceruix, pręcordia dolitent, mammæ'que lactis puſillū aquoſum'ꝙ habeāt. Cum vero tumor ventris remol-

lescet, concipient, nisi quid aliud impediat, siquidem optimum est, cum sic afficiũtur, mutationẽ aliquam facere & ventris & vuluæ, postea vti concipiat. Iis vero quę conceperunt, dolores hi non fiũt, nisi consueuerint, caput tamẽ dolitat cum lac in mammis gignit. Quæ longa fluctione vexabuntur, petito num caput dolitet, lumbos, ventris infima, tumeant'ne gingiuæ, cęcutitent, aures tinnitent. Quæ vero cum ieiunę sunt, multos dies biliosa vomunt, cum non conceperint, nec febricitent, petito num'ne lumbricos rotundo vnà vomant: quod si negabũt, fore prædicito. Quod malum potissimum fœminis & virginibus fit, cęteris vero hominibus minus. Quæ vero sine febre dolitant, nõ moriuntur quidem, plærunque tamen hi dolores longi sunt, mutationes'que crebras, & ad sellam surgere faciunt, sępe'qꝫ & abeunt & redeunt. Cõsuetudines aũt mo-

di've horum dolorum hi sunt: Primum quidem caput leuius modo, vehementius modo petunt; quos sic obseruato. Qui cæcutabunt, aliquatenus'que oculis rubebunt, scapulas, frontē pruriēt, quos sanguis sua spōte fluēs iuuat: qui modus necessario simplex est. Quibus autē caput, frōs scapulæ, ventis magnis frigoribus'qꝫ cū calescunt, vehemēter dolitat, destillationes crebro spuere hospenitus liberat. Prosunt & sternutamēta, pituitæ'qꝫ de naribus fluentes, magis quidem quæ sua spōte descendunt, si minus vi educantur. Destillatiōes vero grauedines've pfectæ & veræ si sint, tussim mouent & sternutamenta. Quæ superueniūt nisi dolores tollant, tubercula malus'qꝫ color his necessario suscitatur. Quibus autem dolores sine patēti caussa lōgi'qꝫ fiūt capite'qꝫ toto si lāguentes, macilēti, visu'que non validi sint, multò hic quàm supior his periculosior

est. Sin autẽ & in ceruicem & in tergũ dolor caput relinquens descendat, rursus'que in caput recurrat, periculosior adhuc est: sed tamen horum omnium grauissimus est, si de capite in ceruicẽ tergũ'que contẽdat: quos abscessus iuuabunt vel pus extussire, vel mariscas tumescere, vel pustulas toto corpore pullulare, perutile etiam erit, si caput squamulas furfuraceas demittat. Torpores vero torpedines've, siue narcæ pruritus'que quibus per caput modo totũ, modo partem aliquam discurrũt: sæpe vero & quid frigidũ videtur ipsis discurrere, si per caput discurrat, petito num'ne & in extremam linguæ partem pruritus hic perueniat: quod si fiat, malũ perfectum verũ'que est, quod'que vix abigit: si vero sine hoc est, facile curatur. Quæ vero hos iuuẽt, abscessus sunt, quos p̃scripsimus, minus tamen in his fiunt q̃ in illis. Quos vero cum doloribus caliga-

tionesvertiginesʹve capiũt,diffi-
culter hoc abigit, furiosũʹq; quid
& insaniã præ se fert,quod potissi
mum senibus euenit. Cæteri vero
morbi qui circa caput viris & fœ-
minis fiunt, si validi sunt & lon-
gi,tutiores sunt:qui & iuuenculis
& virginibus fiunt, & his potissi
mum primo mensium exitu. Fœ-
minis autem in capitis doloribus
cętera omnia fiunt quæ & viris,
sed pruritus & atrę bilisvitia,me-
lancholicaʹve minus quàm viris,
nisi penitus menses euanescant,
non compareantʹve. Qui cum iu
ueculi sunt, diu mali coloris sunt.
non tamen cõtinua serie regium
arcuatumʹve in modum,hi & vi-
ri & fœminæ caput dolent, vel la
pillos & terram edunt, vel fiscosi
sũt. Qui diu luteo colore sunt,sed
nõ valde arcuato,cętera eadẽ pa-
tiũtur,quę priores: lapillos tamen
& terrã nõ deuorãt, sed pcordia
magis eos afficiunt quàm alteros.
Qui vero diu pallescũt, vultũʹq;

turgidũ hñt, vel hos caput dolere ſcito, vel ĩteſtina, vel in ſede, vel in ſeſe alicubi mali q̃d habere: plurimis aũt cũ hęc cõpareant & inſint, non vnum quidem horũ ineſſe videtur, ſed eſt, cum multa vel omnia. Qui vero nocte, veſpertino've tempore nõ vident, quos nyctalopas vocamus, qui cũ pueri vel iuuẽculi, vel adoleſcentes hoc morbo corripiũtur, per ſeſe ſua've ſponte liberantur. Quidã diebus quadragĩta, quidam ſex mẽſibus, quibuſdam & totũ annum permanet, durat've. Tempus vero morbi vim, languentiſ'que ętatem proſpectando demonſtrato, quos abſceſſus iuuant, ſi superueniant, qui ad inferiora defluant, qui tamen per iuuentam non valde ſuperueniunt. Fœminæ vero hoc morbo non corripiuntur, nec virgines, quibus menſes compareant. Qui vero longo lachrymarũ defluxu luſcioſi nyctalopeſ've fiunt, de his petito, nũquid ca-

put prędoluerit priusquam hęc cō parerēt, pręnunciarētur've. Qui vero nec febricitantes, nec mali coloris existentes, sæpe verticem & tempora dolitant, si nullū aliū apparentem dolorem & malum habeant, nec in vultu abscessum vomicam've, vel graue rauce'veloquantur, vel dentes doleant, sanguinem his ꝑ nares erupturū esse putato. Quibus de naribus sanguis fluit, si cætera sana sint, tamen eos vel lienem turgidum habere deprehendes, vel caput dolere, vel quid lucidum splēdens've his præ oculis discurrit: plurimis vero horum, & quæ de capite, & quæ de liene sic habent. Malas aūt gīgiuas, & ora fœtida ĥ hn̄t, qui lienes magnos habent: quibus vero lienes magnos habētibus neq; sanguis eruptiōes fiūt, nec os fœtet, tibię horū vlcera mala hn̄t, cicatrices'q; nigras, vel patentē abscessum aliū in vultu, vel graue rauce've loquūt, vel dētes

dolitãt, sanguinis per nares his eruptiõis expectato. Quibus autẽ ea, q̃ sub oculis sunt, valde tumẽt, lienes magnos hos habere dephẽdes: si vere & pedes tumescãt, & aquã habere videbũtur: quare & ventrẽ & lũbos spectato. Quę autem multũ petunt, si cũ nulla alia corporis parte communicant, vel sua sponte celeriter sedantur, vel vi tolluntur. Cęteri vero siderantur, seu apoplecti fiũt. Quibus autem cum sese mouere nõ possunt, corporis aliqua parte effecta gracilescit extenuat've, hi nõ possunt in eam cõsistere: qui non supertabescent, hi sanescent. De tempore vero quãtum durabit, morbi vi, tempus, hominis ętatem, & anni tempora spectando p̃dicito. Praeterea scito mala vetustissima pessima & recursantia difficillime subauscultare, quę'ꝗ in corporũ vetustissimis sunt, deinde aũt autũnus & hyems quàm ver & æstas minus commodus est ad hos morbos

dimittẽdos. Dolores vero humerorũ si manus petunt, torpedine'que, dolore'q; afficiunt, quibus nõ abscedit quidem, sed bilem atram vomendo sanescunt. Qui vero in humeris permanent, vel in tergũ perueniunt, pus vomentes vel bilem atram hos fugiũt: quos sic obseruato. Si quidem facile spirent, graciles'que sint, bilem atram potius hos vomituros putato: si vero cõtrà difficile spirẽt, p'que vultum color subrufus niger've, qui prius nõ fuerit, discurrat, pus hos potius extussituros sperato. Sup his vero spectato pedes tumescãt'ne: signum enim hoc his cõsueuit fieri. Malũ quidem hoc vehementissimum hominibus fit de quadragesimo ad sexagesimum annum: hanc enim ętatem coxendices maxime vexant violant've: quos sic obseruato. Qui senes valde torpescunt, quibus'que lumbi & crura frigent, qui've pudenda tollere non possunt, venter'que nisi coa-

ctus demittit, mucus'que oletarius multus exit, morbus hic longissimus his erit, non minus'que hunc morbum ex quo cœpit, annum duraturum prędicito, per ver'que & æstatem vtilitates expectato. Coxendices autẽ & iuueculis non minore dolore veniunt, tamen breuiores sunt: quadragesimo enĩ die pelluntur. quin & torpedines narcæ've his vehementes non fiunt, nec crurum lumborum'q; refrigeratiões. Quibus vero morbus hic in lumbis cruribus'q; est, nõ adeo eos vexat, vti cubare cogat, conuersiones quidem has vexantes systremata've sic obseruato. Si quidem in coxendicem cubent, petito num'ne & inguina doleant: nã si hæc vtra'que habeat, morbus hic longus erit: petito'que numne coxæ poplites'que torpeant: quod si non negabit, rursus petito, num ne per tibiam in pedis talũ descendat. qui horum plurima si fateãt, tũc dicito, crus eorũ modo calesce

re modo frigeſcere. Morbus autē hic quibus lumbos relinquens ad inferna vertetur, bono animo eos eſſe iubeto. Quibus vero coxendices, lumbos'que non deſerens ad ſuperna vertetur, periculoſum eſſe prædicito grauem've. Quibus autem circa articulos, dolores, tumores'que modo fiunt, modo ſedantur, non articulari podigraco've modo magna viſcera & inteſtina eſſe deprehendes, ſedimentum'que album in lotio. Quod ſi & tempora tollentur tumeſcent've, dicet'que ſæpe ſe dolere, nocte'que ſe ſudare: ſi vero nec ſedimētum hoc in lotio ſubſiſtet, nec ſudabit, periculoſum eſt vel articulos læſos iri vel fauum, quod vocant, melicidera've ſub his fieri. Qui morbus ījs fit, quibus in pueritia vel iuuenta ſanguis de naribus fluere cōſueuit, ſi ſiſtatur. quare de ſanguinis fluctione petito, ſi vnquam in iuuentute defluxerit, & an pectus, ſcapulæ frons'que

pruriae non venter doleres vehe mentes sine perturbatione præbeat, num'ne si cosi sint: nam horum morborum principium hoc est. Si vero homines hi mali coloris sint. doleãt'ne caput petito: non enim negabunt. Qui vẽtris dextra parte dolitant, maxime dolent, cum ad præcordiorum partem quę secundum iecur est, dolor vertetur remanebit'que, quos dolores leuat si subito ventus cum crepitu sonitu've fiat in ventre: quid dolor cũ cessat, crassum luteum'que mingit. qui morbus modus'ue lethalis non est, sed valde longus: quod malum cum inueterauit, cæcutientes reddit homines. Quare de sãguĩe petito, si cum iuuenis esset, defluebat. de cæcutione'ꝗ, lotĩj vacuatione, luteo colore, crepitu, fiat'ne intus, prosit'que cum factus est. nam hęc omnia dicent, non negabunt've. Si vero rubrum vel nigrum pus his defluet, magis quàm si spuant sperato, pedes'que tume

ant'ne his spectato: signum enim hoc his facere consueuit. Morbus vero sacer & vlcus lichenes've, cutis exaspiratio, lepræ've, vitiligines albæ leucæ've: si pueris iuuenculis've quid horum fiat, sensim've sese ostentet compareat've, tempore longo multo've crescit & augetur: quibus si pustula exanthemo've suscitetur, non oportet abscessum apostasim've putare, sed morbum: quibus autem horum quid multum & subito fiat, abscessus apostasis've est. Cādidæ autem vitiligines leucæ've fiunt de morbis lethalissimis: quemadmodum est morbus qui tabes phthinetinice've dicitur: cutis autem exaspiratio squamosa lepræ've, sacer'que morbus, & vlcus lichenes've de morbis atræ bilis melancholicis've gignuntur, quorum ea facilius medicina tolluntur, quæ admodum iuuenculis fiunt, quę'que recentissima sunt, molissimis'que tenerissimis've,

carnosissimis'que in corporis partibus gignuntur.

HIPPOCRATIS DE COACIS PRÆNOTIONIBVS LIBER.


Vi post horrorem rigorem've cum capitis ceruicis'que dolore frigescunt, si mutescant nõ loquãtur've deinde soporsupersudent, horror'q; rigor've redeat, pereũt. Morbi ferendi difficultates cum perfrictione pessimæ sunt. Perfrictio cum asperitate duritia've pernicio sum est. Post perfrictionem pauor tristitia'que, seu athymia sine ratione caussa've, conuulsione spasmo've finit. Lotij defectiones continentiæ've, seu non mingere post perfrictionem, pessimum est. Somnolenti horrores rigores've perniciosum est, quid'que in vultu flammeum cum sudore si compareat, in his tetrũ cacœthes

've eſt. Super his perfrictio poſte-
riorum cõuulſionem ſpaſmon've
prouocat, & omnino poſteriorũ
perfrictio conuulſoriũ ſpaſmodes'
ve quid eſt. Crebri horrores de ter
go quomodocun'que veniant, dif-
ficiles latu ſunt: lotij nanque defe
ctionẽ retẽtionem've ſignificãt,
ſuperſudare vero his peſſimũ eſt.
Perfrictio cum aſperitate duritia-
've, perniciofũ eſt. Cotinẽter hor
rere rigere've corpore iam debili
tato, mortiferum eſt. Crebro ſup-
ſudare ſuperrigere'que & horre-
re perniciofum eſt: nam in fine hi
ſupuramẽtum ẽpyema've, pertur
batoſ'que lubricos've ventres ha-
bere depræhenduntur. Qui hor-
rores rigores've de tergo profiſci
ſcũt, vehemẽtiores, latu'q; diffici-
liores ſũt. Cũ horrore rigore've i-
gnoratio ſiue nõ cognoſcere, ma-
lũ eſt. malũ etiã eſt obliuio. Qui ſe
ptẽ & decẽ dies obriguit, ſi quarto
& vigeſimo ſuprigeat, moroſum
difficile, malum'que eſt. Qui hor-

ent cum capitis dolore si supersu-
dent, tetrũ cacœthes've est. Qui
horrent, si multum supersudent,
morosum perniciosum've est.
Multum languide'q; rigere tetrũ
est. Qui sexto die rigẽt, ĳs nõ faci
le decernit. Qui sani cerebro hor
rent, ĳ post sanguinis fluctionem
suppurantur. Horrere difficile'q;
spirare in laboribus malisve, siue
doloribus tabifica phthinodea've
signa sũt. Post pulmonis suppura-
tionem quandoque ventrem, cla-
uem'que iugulum've dolore, mo-
leste æstuose've superstertere, spu
ti copiam in pulmone esse significat.
Horridi, molesti, æstuosi've,
laboriosi, superciliorum dolore re
num've affecti, ventres hudos lu-
bricos've habẽt. Qui superrigẽt,
noctem versus si aggrauãtur, nõ
dormiunt, flamma secãtur, missi-
one've sanguinis vena ĩcisa egẽt:
si per somnum quãdoq; mingũt,
ad conuulsionem spasmõ'veres tẽ
dit finit've. Cõtinui rigores ĩ gra

uibus acutis'ue morbis, malũ eſt. Cum capitis dolore ſolutiões, perniciosum eſt, lotia cruenta in his malum eſt. Cum neru orũ in poſteriora diſtentione rigor opiſthotonodes necat. Horrentes decretoriæ'que ſudantes poſtridie ſi prę ter rationem horreãt, dormiant, nec concoquant, ſanguinem erupturum puto. Lotia poſt rigorem retenta malum couulſorium'que eſt, ſi præſertĩ pręſoporetur. Spes autem his eſt, ſi tertio die ſecundum aures extuberet rigeat'que: ſin autem ĩ medio, vel interea febre erratica & inordinata præmantur, valde tetrum eſt, ſiue panicacœthea. Contra vero ſi poſt rigorem febre rigore'que vexantur, grauentur'que, perniciosum eſt. Poſt rigorem ſi non loquatur, tremor diſoluit, ſuperrigentes'que tremor iudicat ſedat'ue. Qui poſt rigorẽ certo liberantur ſoluũtur'ue falax eſt. Lotium cruentum ĳs malum eſt. Qui riget, lotiũ ĳs ſup-

ſtat ſuperuenit´ve. Conuulſio ſpa-
ſmus´ve cum febre, manuũ´q; &
pedũ labores, tetrum eſt cacœthes
´ve. Coxę´q; doloris motus impe-
tus´ve, tetrũ eſt & cacœthes. Sed
nec genuum labor, bonũ eſt. Qui
& ſurarum labores tetrum eſt.
Deſipientia´q; deliratio´ve, præ-
ſertim ſi lotium fluitet ſine ſedimẽ
to´ve ſit. Febres ſ præcordiorum do
lore tetrę ſunt cacœthes´ve, ſopor
ĩ his carodes´ve peſſimũ eſt. Qui
cum præcordiorum diſtentiõe ſi-
ne fine ſuperſudant, plerunq; te-
trum eſt cacœthes, ve. Si dolores
in ſummis humeris, claue que iu-
gulo ve cohęrent, in ĩjs peſſimum
eſt. Febres tertio die pullulantes
& æſtuoſæ, tetrum eſt. Cum febre
non loqui, malum eſt. Laborio-
ſi, caligantes, vigilantes, ſomno-
lenti, ſuperſudantes, recalfacti cũ
ſunt, malum eſt. Laborioſi, cum
horrore ſuperſudantes decretorie
cum graui vel in graui morbo re
calfacti, malum eſt, præſertim ſi

hæc ſuperſtillent hęreāt've, prę-
ter circa've hęc. Qui multum ar-
cuati ſunt iecterodes've catacore-
es pereunt, his album oletum pro-
dit. Tertio die febres pullulantes,
ęrraticę'que ſi commutētur in pa
res dies, moroſæ difficileſ'que ſūt.
Qui per decretoria reſudant, non
ſudant've & æſtuant, circumre-
frigerentur perfrigeant've. Cun-
cti'que qui ſine ſudore circumre-
frigerantur perfrigeſcunt've, nō
decretorie acritos've, malum eſt:
ſuperrigentes'que ex his ſiue poſt
rigorem ſi non prodit, ſeu ex rigo
re, præ rigore've non loqui malū
eſt. Vox'que poſt rigorem ſi non
prodit, ſeu ex rigore præ rigore-
ve nō loqui, malum eſt. Qui poſt
rigorem ſudores'que longos & ma
gnos perfrigeſcunt, malū eſt. Su-
perſudare, peruigilare, recaleſcere,
malum eſt. Cum febre'que ſeu in ea
ſuper ſudare, tetrum eſt cacœthes-
've. Quibus cū bilioſa dimiſerint
circa pectus, ſeu in pectore prorũ-

ptio, amariciesque ineſt, malum eſt. Cum febre ſeu in ea venter ſi ventum concipiat, nec erumpat vētus, malum eſt. Laborioſi delaſſati ve, ſiue copiodees cū ſunt languētes, ſingultoſi lyngodeesve, demiſſi catochi ve, malum eſt. Quid facere præter conſuetudinem, quemadmodum eſt quid cupere, cogitare, vel expectare, capere ve, malum eſt: vel contrà non conſuetum, delirationique proximum eſt. Quæ cum vel in malis ſignis leuantur, quæque cum bonis non cedunt leuanturve, moroſa ſunt. Superſudantes caput præſertim in grauibus, ſubdifficulterque ferentes, præſertim cum nigra ſint lotia, malum eſt: ſpiritusque turbulentus in his malum. Summæ poſtremæ ve partes celeriter ſi ſeſe in vtraque mutant, ſitisque talis eſt, bonum non eſt. Probi non proba & audax reſponſio, vox acuta celer ve, malū eſt. Præcordia his intro cōtra-

huntur, subitò recalefacti post su-
doriferum algorem, malum est.
Supsudantes subdifficulter'que ferē
tes in grauibus, malum est. Qui
præter rationem & modum im-
becilli sunt, cum euacuatio nulla
præcesserit, malum est. Cum fe-
bre, seu ī ea tractus singultus've,
seu helxis tanquam de vomitu in
nauseam execrationem've desi-
nēs, malū est. Torpedo narce've
celeriter ad vtra'que commutata
malum est. Stillationes staxies've
pusillæ malæ sunt. Sitis autem in
graui morbo penitus malum est,
prętер'que ratione soluta, siue nō sit
in morbo graui malū est. Qui ma
nus tactum fugiūt resiliūt've, ma
lum est. Quibus cū ardenti febre
tumores somnolenti tardi'que fi-
unt, dolor'que in latus costas've
superueniat, stupide paraplecticos'-
ve necat. Macillentis febris grauis
superueniens perniciosum est. Per-
niciose iam habentibus tremores
parui, vomitus'que virulētus qualis

potus, ſubſtrepenteſ'que, ſiccę'q̧;
ſubmurmurantes, ſpiritu'que tuſ
ſibundo, difficulter'que deuorãtes
in grauibus refrigeratis, pernicio
ſum eſt. Manus pedeſ'que ſi cum
rubore tumeant, pernicisum eſt.
Qui cum dormiunt, perflant, de-
laſſati perfracti'que cubant, ſub-
apertiſ'que oculis ſpectant, ma-
lum eſt. Qui valde arcuati ſunt,
icterodeeſ've katacorees, cũ ole-
tum album demittunt, pereunt.
Tacitæ mentis exceſſiones cum
febribus in non muto, perniciosæ
ſunt. Liuentia liuoreſ've cum fe
bre mortem præſentem porten-
dunt. Quibus cum febre, ſeu la-
terum dolor fit, multa biliosa a-
quoſa'que venter ſi demittat, le-
uat. Quibus inediæ ſudoreſ'que
cum vultus bono colore, ventre
hudo, cordis aliquo dolore ſuper-
ueniunt, hi longius ęgrotant, pul
monice'que peripneumonicoſ've
finiunt. Si per exordia ſupra,
vel infra febricitanti bilis atra p-

deat, mortiferum eſt. Cum perfrictionibus non ſine febre ſi quis in graui superſudet, difficulter fert, delirat, pernicioſe'que habet. Dolores graues paruo tempore clauẽ pectoris forcillam've, ſeu iugulũ, ſuperna'q; ſi, vexent, pernicioſum eſt. Sedis dolor in longis pernicioſis'que, ſeu periculoſis, mortiferum eſt. Diſpoſitis iam imbecilliter, ſiue debilitatis non videre, non audire, labrum, oculum, naſum've diſtorqueri, mortiferum eſt. Dolor inguinis cum in've febribus longum morbum portendit. Malæ temperaturæ, ſeu acreſiæ, ſiue, malæ iudicatiões acriſiæ've, cũ febribus tempora quidẽ ingenerãt, portendũt've, ſed tamẽ pernicioſæ non ſunt. Morbi longi de vehementibus doloribus cõtracti, tactus tractuſ've tremuli, deliri exceſſus, ſuræ labores doloreſ've, mentis exceſſus in ĩjs eſt. Qui cũ febre continua aſſidua've cubant, muti'q;, ſiue nõ loquentes

oculis innuunt, nictant'que, si cum sanguen naribus defluxit, vomēt, loquentur, resipiscant'que, seruabūtur. Sin autem hæc non fiant, breui pereunt. Difficulter spirantes, capientes, postridie si grauantur, malum est. Qui tertio die abstinent, si quarto grauantur, malum est. Profecto hæ accessiones deliræ sūt, siue hi paroxysmi phrenitici sunt, quibus febres per decretoria nō cessant, deficiunt've, reueniunt. Quippe per exordia statim emaciātur, cum capitis pulsu, lotio'que tenui decretorium versus grauantur, nulla'que sit admiratio, sin puigilio deliratio fiat. Motus agitatio've in grauibus, iactatio'que, somnus tumultuosus & pturbatus cōuulsionē spasmon've portēdit in aliquibus. Turbulētæ, tumultuosæ've per somnū cū audacia suscitationes, cōuulsoriæ'que spasmodeel've, cū sudore pferti, malū est. Cōuulsoriæ vero ceruicis scapularum'que algores videna

tur, quin & corporis totius cũ mẽbranulis hymenodeeſ've, mĩctiones in his eſſe vidẽtur. Delirationes paracruſieſ've cum ſopore comate've cõuulſoriæ ſpaſmodeeſ've ſunt, deliratiões audaces paracruſieſ've thraſię parui temporis ferinæ theriodeeſ've ſunt, ſiue vehemẽtes, cõuulſioneſ'q; ſpaſmoſ've præſignant. Pręter modum & rationem in longis venter ſi tumeat, conuulſorium eſt. Subito turbulenter tumultuoſe've peruigilãtes, de naribus die ſexto ſanguis ſi ſtillet, nocte leuentur, poſtridie vero grauentur laborent've, ſi ſuperſudent, delirẽt, reſipiſcant: ſanguis abunde ſi defluat, affectus paſſioneſ've diſcutit, ſoluit've. Lotiũ aquoſum cum atra bile melãcholicoſ've hæc portẽdit, ſi cum ĳs quæ dicta ſunt, fiat: tremuli ſi fiant, tetrum cacœtheſ've eſt. Deſipiẽtia cum ſpiritu ſudore've mortiferũ eſt. Mortiferũ autẽ eſt & cum ſpiritu ſingultu'q;. Sõnia

clara per exordia cũ delirio phre-
nitide ve optimum est. Cum deli-
ratione phrenitide ve deiectiões
albę, malũ est, debilitas ꝗ desidia
ve siue nothrotes, his rigor pessi-
mũ est. Cum deliri phrenitici ve
per exordia probe habẽt, crebro-
que mutãtur, malum est, qui bile
atra melancholicos ve percellun
tur, deĩde tremunt spuũt que, p-
fecto cũ deliri phrenitici ve sint.
Qui celeriter pcellunt supfebri-
unt ꝗ, deliri phrenitici ve fiunt.
Deliri phrenitici ve strepitu pu-
sillo perculsi, tremuli cõuulsorũ-
ve fiunt: qui cum delirant, vehe-
menter tremunt, moriunt. Desipi
entiæ paraphrosynę ve circa ne-
cessaria, mortiferũ pessimũ ve est
qui post has ex his ve grauescũt,
perniciosum est. Delirationes pa-
racusies ve voce clangulosæ, lin-
gua conuulsoriæ, qui hęc patiunt,
si tremũt, pcellũtur desistũt ve,
duricia ĩ his perniciosum est. De-
sipientiæ paraphrosynæ ve desi-

cientium debilitatorum've, pessimum est. Cõuulsoria spasmodea've, crebro decidentia, sese've mutãtia in deliris phreniticis've pessima sunt. Qui conuulsoriũ in modum in deliris phreniticis've crebro decidunt mutantur've, pessimum est. Qui cum algore crebro spuunt, in deliris vomitum nigrũ portendit. Qui varie languent, afficiuntur've, sæpe'que delirant, soporantur'que, his vti nigrum vomitum expectent, prædicito: qui conuulsorium in modum grauescunt, demittuntur. Secundũ aures in longis extuberantia, si parua sunt, non leuant. Sanguinolenta hemorrhoideáve, tenebricosa scotodeáve superapparentia, perniciosa sunt. Singultosæ febres, cum'q; cõuoluolis hileis've, & sine, pniciosæ sunt: suspiriosis ventosis've febris grauis, si postmodũ cum pcordiorũ distentione fiat tuberculum magnum refrigeratis secundum aures suscita-

tur quibus cum febre circa lumbos dolet, locaq́ꝫ subter pcordia pertingantur: quæ si dolor statim dimittit, perniciosum est: pręsertim si quod aliud malum signum compareat: si minus, purulētum hūc fore spes est. Pueris acuta febris, vētris substantia cum somni difficultate, subluereq́ꝫ exalbescereq́ve, colorem mutare, ruboremq́ue cōtinere, conuulsorium spasmodesq́ve est. Perturbati subito mortiq́ve qui peruigilēt, nigra colligata demittunt, quidā sanguinem cū his. Cum ęstu statī peruigilāt, sanguinem emittunt, præsertim si quid præfluxerit, quippe & horrent, parumq́ue frigescunt. Qui per accessiones clamant, paulumq́ue supersudāt, tetrum cacœthesq́ve est: qui latus dolitant, insuperq́ꝫ præfocantur, hi suppurantur. Quibus ī assiduis continuisq́ve febribus pustulæ toto corpore pullulant, mortiferū est. Purulento abscessu non comparente, quibus

fecundum aures potiſſimum con-
ſueuit extuberare, cum in'ue mor-
bo graui & acuto foris algere, ĩtus
vero calere, ſitire'ꝗ, malum eſt.
Continuæ febres aſſiduę've, tertio
quoꝗ die decreſcentes, periculo-
ſę'ſupra modum ſunt. Quibus ve-
ro febris quandoꝗ remittit, peri-
culoſum non eſt. cum in've febri-
bus lõgis tubercula ſecundum au
res, vel dolores in articulis fiunt,
qui ſi fiant, non ſunt inutiles. Ca-
pitis dolor in graui acuto've mor
bo, pręcordiorum conuulſio, ſan-
guis de naribus non defluit, res in
delirium phreniticon've ſiſtitur:
moleſtantia, niſi bilis prodeat, nõ
diſcutiũtur. Morbus arcuatus re-
giuſ've, ſeu icteros, ante ſeptimã
diem ſuperueniens, malum eſt.
Septimo vero, nono'ꝗ, quarto'ꝗ
& decimo decretoriũ criſmon've
eſt, dum ne præcordia exaſperet,
induret've: quod ſi faciat, anceps
eſt. crebræ per eadẽ cruẽtæ reuer
ſiones vomitũ nigrũ faciunt, fiũt

autem & tremulæ:dolores in febribus tertianis tertio quoque die grauantes tertiani generis fiunt, sanguenq́ tum frustillatim egerũt. Si cũ in've febribus ceruicis vena pulsat doletq́, res in difficultatẽ intestinorũ dysenteriam've decumbit finit've: colorem caloreq́ sæpe mutare vtile est chresimon've. Si biliosi magnopere spirent,anhelẽt've,febreq́ graui cũ precordiorũ distentione laborent,secundum aures sistitur. Qui de longis surgũt,si bene nutricati nihil proficiunt, tetre cacœthes've relabũtur. Quibus venæ tẽporũ cũ in've febre pulsãt, vultusq́ rubet validusq́ est, pcordiaq́ diu mollia non fuerunt, sine multa de naribus sanguinis fluctione, vel singultu, vel conuulsione spasmo've, vel coxendicũ ischion've dolore non sedãtur cessant've. Cũ febre ardenti causone've,si venter prorumpat profluat've,mortiferũ est. Post vẽ=

tris laboriosum & magnũ dolo-
rem, si febris ardens causodes´ve
capiat, perniciosũ est. Cũ in´ve fe
bre ardenti si aures tĩnitent, oculi
caligent, nares de capite grauen-
tur, sanguen nisi prorumpat, fu-
renter biliose´ve, siue melancho-
licos percellũtur: tremores febriũ
ardentium deliratio paracope´ve
discutit. Si quarto die sãguen de
naribus in febre ardenti fluat, ma
lũ est, nisi quid aliud bonũ conci-
dat. Quĩto vero minus piculosũ
est: q̃ cũ in´ve febre ardẽti pfrige
scũt, crebro´q; biliosa & aq̃sa de-
mittũt, malũ oculis est, præsertĩ
si deponãtur, catochi´ve sit fiant
´ve. Febris ardẽs causos´ve rigore
superueniente discutit soluit´ve,
febres ardẽtes causi´ve redire cõ-
sueuerunt, quatuor´q; dies mole-
stãt supersignificãt´ve: si minus,
septẽ deĩde sudãt. Febres aũt ar-
dẽtes causodeas´ve, quartus & de
cimus dies leuãdo tollẽdo´ve de-
cernit. Post febrẽ ardẽtẽ causon´-

ve, si post aures purulēta suppura
tio secundū aures nō fiat, nō fere
seruant. Soporosi lethargici ve
tremuli manibus fiūt, somnolēti,
discolores, turgidi, pulsibus tardis
lentis ve & debilibus, oculorū in-
feriora turgent, sudores supueni-
unt, ventres non validos biliosos,
siccosq́ habēt, lotia & oleta clam,
non sentiētes ve piectant & de-
mittunt, lotiū iumenti simile min
gunt: potū vero non petunt, nec
aliud quicq̄. Cum autē resipiscūt,
ceruicem dolere dicūt, per auresq́
tinitum sonitum ve cursitare.
Qui vero lethargicorū seruātur,
purulēti plurimi fiunt. Quibus in
febre sine decretorio, acritos ve
tremulētia cessat, purulētus abscef
sus dolorificusq́ his in articulis,
& diuturnus gignitur, vesicaq́
dolitat. Quibus febrientiū vultus
rubet, caput magnope dolet, ve-
næ saliūt pulsāt ve, sanguinis flu
ctio plerūq́ his fit. Qu æstuant,
cor dolitāt spuūt, vomūt: qui nau

ſeant, eructāt, vēter his vēto, vē-
toſitatéve pflat̃, crepitat, tumet,
mouet̃ turbat̃ve, ſeu citat̃. Qui
diutius tuto ſine labore doloréve,
vel inflāmatiōe, vel alia cauſſa fe
bre cōtinua, aſſiduáve laborarūt,
potius abſceſſum his q̃ laborē do-
lorē ve, & tumorē, magiſq; ad in-
feriora loca & partes expectato,
potiuſq; ĩ) qui ſupra triginta an-
nos nati ſunt, abſceſſum expectēt,
ſi febris viginti dies tranſierit.
Maioribus vero natu his minus
abſcedit, etiā ſi febris diutius dura
uerit. Cū vero febres errabundæ,
nō ſtatove tēpore, & ordine mo
do deſerūt, modo reſumunt rede-
untve, ꝑ autūnum ad lenē quar-
tanā redigūtur, magiſq; ſupra tri
ginta annos natis: per hyemē ve-
ro potius abſceſſus & fiunt & tar-
dius ſedantur, minuſque recur-
ſant. Quibus autem crebro reue-
niunt, ſex menſes ſi tranſeant, co
xēdica tabes iſchiadicéve phthiſis
leniter mitiſve fit. Quę cōtra fe-

brem dantur, siue quæ febri resi-
stunt, si abscessus signa non cō-
pareant, tetra sūt & mala, siue ca
cœthea. Quæ febriū nec per dies
decretorios, nec post solutoria si-
gna deserunt, reueniunt. Morbi
vero graues acuti'ue, quarto &
decimo die decernunt. Tertiana
verax acribes'ue, quinto vel se-
ptimo, vel ad summū nono circui
tu decernit. Quibus cū incipiunt
febrire, sanguen naribus stillat, si
sternutent, soluitur: si quarto die
lotiū tenue sedimētum habet, se-
ptimo solutionē portendit. Mala
vero grauia acuta've cum decer-
nunt, die decretorio sāguis de na-
ribus fluit, sudor multus accedit,
lotiū purulentū vitreum've est,
sedimentū optimū vna'q; coactū
habet momenti alicuius abscessus
fit, mucosa cruēta'q; aluus est, sta
tim'q; decurrit, vomitus non ma
lus superuenit: per decretoriū, &
in ipso decretorio profunde alte
've, non turbulēte dormiūt, non

perturbate've. Cũ vero corporis aliquo dolore hæc si fiant, statarie nõ decreuit, sed septimo, vel nono, vel quarto & decimo decernet. Plerunq; nariũ fluctiones febrẽ tollũt: similiter & ventris fluctio biliosa, difficultas'q; intestinorum, dysenteriodes've labores dolores've genuũ, vel coxendicum ischion've, lotiũ digestũ maturũ 've per decretoriũ, mensium fluctio & in fœmina. Qui cũ in've febribus sanguen vndeuis abunde mittunt, cũ morbo recreant, vẽtres lubricos hudos've habent: q cũ in've febribus supersudãt, cũ capitis dolore cõpacto vẽtre cõuulsorũ spasmodees've sunt, deliratiões peracrusies've pparũ audentiores, ferinum, theriodea've, abscessũ, cõuulsionẽ'q;, spasmon've portendũt. Cõuulsio spasmos've cũ in've febre si fiat, prío vel secũdo, vel tertio die febrẽ sedat. Cõuulsio spasmos've cũ i've febre si fiat, primo'q; die febrem sedet,

optimum est: si vero tẽpus & hora quã qua cœpit, excedat, nec sedet, malũ est. Dimittẽtes non æqualiter calefacientes'q; febres cum ventre pflato, paucáq; demittẽte, cũ supciliorũ, lũborũ've dolore post decretoriũ his ventres prorũpẽt. Perurentes ad manum, manus've tactu delassati debilitati've, siticulosi, ęstuosi, ventre remorato, grauiter dissoluũtur, quandoq; & pedum rubor hęc incendia præmõstrat. Febres hybernæ sensim in graues morbos trãseunt migrãt've. Capitis dolor labor've continuus, & assiduus cum graui febre, cæteris'q; malis signũ mortiferũ est. Sine his vero dies viginti excedẽs, sanguinis puris've fluctionem de naribus, vel ad inferiora loca suppurationes, abscessus've portendit, fluctiones quidem quinque & triginta annis minoribus: senioribus vero suppuratiões, abscessus've, cũ frons tempora'q; cõtinẽter assidue've dolitãt, fluctio-

nes. Qui caput dolitāt, q̄bus aures tinnitant, oculi caligant, qui tarde lente'ue loquntur, quibus manus torpent, hos vel sideratos apoplectos'ue, vel comitiales epilepticos'ue, vel obliuiosos epilesmonas'ue fore putato, seu expectato. qui capitis dolore deposite cathochos'ue conflictantur, delirant, vēter remoratur, oculis contente, audacter, valde'que spectant, hi neruis in posteriora contractis, opisthotonodees'ue fient. Subquatientia capitis lumina perrubra, mentē excutientia liquido clare'ue sunt pniciosa: hoc non necat, sed tumorem secundum aures suscitat. Capitis dolor cū sedis dolore, pudendorum'q; debilitate malo decretorio acrisia'ue diffundit, vocem'q; dissoluit: hæc perniciosa periculosa'q; nō sūt, sed somnolēti singultuosi'q; hi fiūt. Mense vero nono post hęc voce soluta eodē statuūt: q in capitis dolentia, tineis lumbricis'ue obnoxij reddūt, seu ascaro

dees facti sunt, surditas sopor'q; si sequātur, tubercula secundū aures leuāt. Qui capitis dolore deposite, cathocoi've, continentes'que conflictant, penitus & vbiq; valde dolitāt, lumina'q; perrubēt, sāguē his prorūpet. Caput quatiēentia tinniētia'q; sanguē eliciūt, vel fœminæ menses descendunt, prçferti si spina æstuat, forsitā & intestinorū difficultatē dysētericā've adducit. Capite grauati, vertice, fronte've dolitati, peruigiles agripni've sanguē emittunt, prçserti si quid in ceruicē collum've contēdat. Vomitus viruleti violacei've, seu emesmata iodea per capitis dolētias cū surditate, peruigiles celeriter furere facit. Quibus capitis ceruicis'que dolor, totius'q; tremula quædam debilitas est, sanguinis eruptio hæc discutit: qui & tēpore sic discutiūtur, sed in hoc vesicç cōtrahuntur & intercipiuntur. Cum in've capitis grauibus acutis've doloribus, te-

porum'q; cũ grauedine cõuulsio spasmodea've prouocari consueuit. Capitis dolentiam pus per nares pfluens, vel sputa crassa aspera've sine odore discutiũt, pullulatio'q; vlcerũ pustularũ've dissoluit quandoq; & somni vẽtris'que defluctio capitis modicũ dolorẽ. Cũ siti non peculiari, vel cũ sudore febrẽ non discutiente, vẽtre'q; non lubrico suppuratio gingiuarũ & auriũ portenditur. Capitis dolentia somnolenta, cũ grauedine conuulsoriũ quid spasmodes've facit. Caput dolitãtes, subsurdastri, manus tremuli, ceruicem dolentes, nigra mingentes, condensa'que nigra'que vomentes, perniciosi sunt, seu in pernicie periculo'que versantur. qui caput dolitant, sitiunt, peruigilant, nõn clare loquuntur, debilitantur, ventre lubrico delassantur, vtpote cum sæpius excitentur & surgant. Capitis dolore vexati supersudantes, ventre

remorato conuulsorũ spasmodees⸗ ue fiunt. Capitis soporifera graue⸗ docarodes' ve, malum vbiq; est. So porcomatodes' ve, si per exordia fi nat, siue si per initia soporetur, co matodees' ve fiant, cũ capitis, cer uicis, lumborum, præcordiorũ do lore peruigilãt: quippe deliri phre nitici' ve sunt. Nasus' que stillans intus, malum est, præsertim quar⸗ tanis vel incipientibus, siue primo vel quarto die si stillet. Malum e⸗ tiam est vẽtris egestio lauatio' ve perrubra. soporati comatodees' ve statim ab exordio supersudantes lotijs maturis digestis' ve perurã tes, sine' que decretorio acritos' ve refrigerati, confestim recalfacti lã guidi nothri' ve cubant. Sopora⸗ ti comatodees' ve conuulsorũ spas modees' ve, perniciosum est. Som ni soporiferi comatodees' ve hyp⸗ ni perfrictiones' q;, perniciosũ est. Soporatos comothodeásve, surda tos' q; cœcophomennos ve vẽtre lubrico, si circa decretoriũ rubra

ꝓdeāt, ꝓſūt. Soporati comatodeesve, ęſtuoſi aſodees've pręcordia dolitati, puſilla vomibūda, emetodees've, tubercula poſt aures habent: prius vero circa vultū, vel ī eo tubercula tumores've cum ſopore, metu comatos've habuerāt: quę ſubito mentem percellunt, paracruſtica've ſunt, cum æſtu moleſtia've ſanguinem ad inferiora cogunt: ſeu hemorroica ſunt, ſanguinem've prorumpere faciunt, hæmorrhagica've ſunt, Soporati cum æſtu præcordia dolentes, crebro parum'que ſpuunt. Secundum aures tubercula tumores've qui habent, ſoporantur, camatodees've ſunt: quippe quæ conuulſorium ſpamodes've quid. habent. Soporati fatue comatodas've memoromena, depoſite cathoca've, varie'q; cubātes, præcordia, vētrē'q; turgidū cōtractūq; ſi habeant, cibū auerſatī ſupſudāt, certe his ſpiritus turbidus, ſeminiq; genitali ſimilis q ꝓgredit, ſingultū

portēdit: quippe biliosa aluus exit: iĭ clarum, lucidum've mingant, venter'q; citetur, hos iuuat. Cerebro læso quidā tribus diebus, quidam septem finiūt, si hos euadāt, viuunt. Quibus autem horū resectis os distans inuenitur, hĳ moriuntur. Caput dolentibus, cephalalgis've, posterioribus ossibus fractis, fluctio de nare crassa abunde si fiat, malū est. Oculum prædolētes hi rigent, quippe fracturæ ossium in temporibus conuulsoriæ spasmodees've sunt. Dolor auris cōtinuus cū graui febre cęteris'q; malis signis periculosū morbosum've est: nam adulescentes, iuuenes've desipiētes, delirātes've, de nare nisi multū sanguinis, de aure vero puris multum fluat, signum'q; bonum aliud cōpareat, septimanos & citius perimit: natu vero grandiores tardius minus'q; tollit. Nam aures ī his quā primū pus cōcipiunt, emittūt'q;, minus'q; hi desipiūt: sed horū plu

rimis reueniunt, sic'que moriũtur. Surditas autem in grauibus, turbulẽtis'que, si sequatur, malum est: malum etiã est & in lõgis: nã his & in coxendices dolores cõducit. Surditas cũ in've febribus ventrẽ sistit, si aures perfrigeant, perluceant, consistant, cõpingantur've, perniciosum est. Sonus bombus've in grauibus acutis've tinnitus'que hechos've ĩ auribus mortiferũ est. Tinnitus hechi've cum oculorũ hebetatione, grauedo'que in naribus, mentis excussoriũ est, paracrusticõ've, sanguen'que elicit, siue prorũpere facit. Quibus surditas cũ capitis grauedine, precordiorũ'que distentio quę vexet, est, sanguẽ prorumpere facit. Cũ ĩ febre graui aures surdescũt, furiosũ quid & ĩsanũ est. Surdi admodũ dyscophi've in accipiendo tremuli sunt, siue cum quid capiunt, tremunt. Liguam resoluti debilitati, malum est. Cũ ægritudo accedit ĩcipit've, si surditas ad

uentat, lotiũ'que rubrum nõ consistens sit, superfluitans'que quid in eo sit, mentis excussoriũ paracrusticon've est. Morbo regio corrũpi arcuari've, seu icterusthæ, cum inuehis, malum est, Malum ętiam est cum in've morbo regio arcuato've, seu ictero fatuitas morosis've, mutos hos aphonos've contingit præfocari strãgulari've, subito'que venter forsan male habet. Tubercula secundum aures, si cũ dolore veniunt, perniciosa sunt. Secundum aures tubercula, si de pręcedente rubore, cum in've febribus suscitentur, signum quidẽ est pustulæ rubrę erysipelatos've in vultu futuræ, quin & conuulsiones spasmi've cum in loquentia aphonia've, solutione'q; fiunt. Secundũ aures tubercula cum in've febre graui cũ plurimo malo odore, præcordiorum'que dolorifica contentione, si tardius suscitẽtur, necant. Secundum aures tubercula in stupidis sideratis've, seu pa-

raplecticis si fiant, mala sunt. Secundum aures tubercula in lõgis, si non expurulent, mortiferũ est. Ventres enim his infra feruntur, quippe & ῆs qui prius caput dolebant, qui'que aliquatenus superiora sudant; qui'que aliquatenus rigẽt, quibus'que ventres prorumpunt, qui'que soporantur, comatodeés've sunt, quin & qui lotium aquosum albis sup fluitatum, oletula'que varia, exalbida, olida demittũt. Secundum aures in lõgis tubercula, quę nõ ex albo admodum, & in odore pure purgantur expurulantur've, perimunt, & potissimũ fœminas. Secundum aures tubercula tussiculas cũ sputis venientes molliunt. Lotia ῆs qui secundum aures tubercula habẽt, si subito, paruo'que tempore maturescant, mala sunt, sic'que perfrigescere pessimum est. Secundum aures tubercula de grauibus veniunt, maxime'que in febribus ardentibus caussis've fiunt, si non decernant ma-

turescãt'que,sanguen'que de naribus nõ fluat,lotia'que sedimẽtũ crassũ faciãt capiant've,perimũt. Plurimi tamen horũ tumorũ prius sistuntur. Supercontemplator autem prius,& obseruato febres, quæ remittant,vel intendantur, vti scias quæ peremptura sint, & quæ non,sic'que prędicito. Post surditatem debilitatem'que, si de naribus stillet quid,difficile morosum've habet: vomitus his conuenit,lubrica'que aluus. Per surditatem ex ea've,lenia,mitia've secudum aures tubercula fiunt,prę-sertim si quid ęstuosum afodes've fiat fuit've,qui & soporatis comodesi've peius, vehementius've secundum aures extuberat. Surditatem ex febribus vel narium fluctio,vel commotio perturbatio've, seu lubricitas ventris tollit soluit've. Si vultus conturgeret, demittatur,vox'q; & spiritus exhalatio,siue lenior demissior've fiat,remissionem venientẽ porten-

dit. Si vultus subitò tabescat, mor
tiferũ est: minus vero, si ob vigili-
am, vel famẽ, vel ventris commo
tionẽ fiat: nam quod propter hæc
contabuit, vno die vel nocte repa
ratur restituitur've: propterea e-
tiã oculi cauari, nasus acui, tẽpora
strĩgi, aures frigescere flaccescere
've, pellis, cutis've durescere & ex
asperari potest, luteus, niger'q; co
lor obduci: sed si in his palpebra
blepharon've, labium've seu chi-
los, vel nasus rhis've liuescit, con-
festim mortiferum est. Contractio
frõtis in his deliratorium est phre
niticon've. Circa vultum color bo
nus, sudores'que febre carentibus
apyris've, malũ est. Oletula vetu
sta dura've demitere, victus ma-
lum ordinẽ diætes've ataxiã præ
se fert, significat've. Cum nasus
rubet, liquidi vel lubrici ventris
signa sunt. Qui precordia pulmo
nẽ've dolitant, si purulenti fiãt,
malũ est. Puritas claritas've, seu
catharothes oculorũ, & eorũ albũ

denigro liuido'ue purum clarum 've subitò si fiat, vtile est, celerem 'que iudicationē crisin've portēdit: tarde vero si fiat, tardiorē. Nubilū autē achlyodes've si fiat in oculis vel albū rubescat lucescat'que, vrbanū bonū've non est. Malū etiā est & lucē splēdorem've fugere, vel lachrymare, vel torquere, minorēque alterū oculum fieri. Pessimum etiā est & species acies've, siue pupilas pupillas've, seu opsias oculorū, oculum'que crebrius agitare, vel paruas sordiculas, vel guttam albam paruā circa eas haberi, vel maius album fieri, nigrum vero minus, vel superiore palpebra nigrum tegi. Malum etiam est oculorum cauitas, vehemēs'que contricio, lucis'que splendoris've contritio, seu contritione splēdores cedere ne possit aciē extēdere, supciliorum'que, siue blepharidon obliquitas cauitas've, siue campilotes colliquatio'que texis've oculorū, crebro'que nictare, cōniuere, mica-

re've, ſine myin continenter, ſ colorem'que dormiendo mutare. Malum etiam eſt, & oculus inuerſus, ſi per febrem oculi rubeſcant, ventris longam malignitatem præ ſe fert. Secundum oculos ſuppurationes in morborum, refectionibus, ſi protuberent, ventrẽ mouent ſeu prorumpere faciũt. Si in oculorũ diſtorſione verſatione've ſeu diaſtrophe laborioſa dolorifica 've, & febriculoſa rigor accedat, pernicioſum eſt: ſi in his ſoporent comatodes've fiant, malum eſt. Si vero de oculis laboranti febris ſuperueniat, ſolutio eſt: ſi nõ periculũ eſt, ne cæcet, cęcus've remaneat. Si de oculis laboranti vẽter ſua ſponte defluat, vtile eſt. Si oculi cęcutiant obſcurentur've cum animi defectu apſychia've, conuulſio ſpaſmus've aduẽtat. Si quis in graui morbo oculos erigat, perniciter'que moueat, ſomnum turbulẽtum tumultuoſum've capiat, malum eſt: modo vigilia, modo de na

tibus sanguinis destillatio, bonum non est. Qui tactū non perurūt, delirant, phrenitici've fiunt, magis'q; si sanguis defluat, si lingua per exordia ꝑhorrescat, color'que suus permaneat: sed si procedente tempore exasperetur, liuescat, dehiscat findatur've, mortiferū est: si valde nigrescat, die quarto decimo'q; decretoriū fore portēdit. Difficillima vero periculosissima've est, nigra lutea'q;. Si vero quid sputo albo simile in linguę bifurculo, summo've canali emanserit, signum febris sese remittentis est: sin autem crassum sit quod remanet, eodem die: si tenue, postridie: si tenuius, magis adhuc tertio remittet: si remaneant in summa lingua, hæc eadem portendunt, sed minus. Lĩgua vero tremula cū natiū rubore, vētre'q; lubrico mala est. Cęteravero quę nullo siguo relicto pulmonē petūt, pessima sūt, celeres'que & perniciosas purgationes portendunt. Lingua vero

præter rationem debilitata reso-
luta, & æstuosa cũ frigido sudore,
ventre'que lubrico, vomitionis ni-
græ signum est, laboriosum quid
in his copiodes've, malum est.
Linguæ tremebundæ quibusdam
& ventrem lubricum reddunt,
faciunt've quandoque, denigra-
tæ autem in his mortem celerem
portendunt. Quippe lingua tre-
mula mentem non consistere por
tendit: densæ vero crassæ've, pe
raridæ'que deliræ phrenitici've
sunt. Dentes vero committere,
frendere, collidere, secare, quod
à pueris consuetum non sit, fu-
riale manicon've, mortiferum'-
qu' est:que:quin & desipiens hoc
faciat, perniciosum est omnino:
perniciosum etiam est, & si dentes
arescant. Dentium stupor sidera-
tio've, siue sphacelismos suppura-
tionem gĩgiuarum tollit, post quẽ
si febris vehemens superueniat, de
liratio'que, mortiferum est: sin au
tem seruentur, vlcera'que suppu-

rent, ossa decidunt abscedent've. Quibus ĩ palato, vel circà humor coit, plerunq; suppurat. Si mentũ vel circà vehementer doleat, periculũ est ne in os recurrat, labiũ'q; conuulsum putrefactũ'q; significat. Venter si biliosa demittat, sanguen'que gingiuis cum ventre lubrico defluat, perniciosum est. Sputum in febre cum ea've liuidum, nigrum, biliosum, si bene non excreetur, malum est: si bene, vtile. Qui salsa spuunt cum tussi, vel cũ ea subsistitur, corpus his tanquam pustulis rubescit, sed ante finẽ exasperatur. Crebra sputi excreatio, si quidem aliquod aliud signũ adsit, delirium phreniticon've portendit. Cum resolutione nõ loqui, pessimum est. Mentis excussiones paracrussies've, audaces alacres've siue thrasees in exiguum tempus, malum est, ferinum'que theriodes've. Quibus vox cum febre deficit, cum'que malo decretorio acrisia've, siue cum malo tẽpera-

mēto acrisia've, tremulenti pereunt. Cũ febre non loqui, conuulsoriũq; in modum mēte excidere delirare've cum silētio, perniciosum est. Post dolorem laborem've: siue cum eo nõ loqui, mortē difficilem portēdit, dysthanati've fiũt. Cum resolutione non loqui, deposite'q; lãguide've, siue catochos cubare, perniciosum est. Perfractæ voces post medelã quippe malũ est: nam horum plurimi supersudant, ventres'q; lubricos habent. Cum quis non loquitur, spirat'q;, sicuti qui præfocantur, præsens malum est, quin & mētis excussorium paracrusticon've est. capitis dolore non loq, sudare, febrire, sese demittere, lõgius tardius've remittere, superrigere, malum his nõ est, cõsistere, nec loqui, perniciosum est Superrigentibus non loqui, mortiferum est: nam hi capitis dolore leniter conflictantur. Cum resolutione non loqui in febre sudorifera, mortiferum quidem est, minus

tamen ijs qui superfudant: tempus enim significat, forsitan & qui de reuersione tale quid patiuntur, tutissimi sunt. Maxima autem i pernicie periculo've ñ sunt, quibus de naribus fluit, quibus'que ventres lubrici sunt. Vox acuta, plangulosa, oculorum obscuratio, conuulsorium spasmodees've est. dolores labores've qui descendunt, facile his feruntur. Cum voce tremula venter præter ratione si soluatur, diutius'que duret, perniciosum est. Cum quis crebro, subgrauate, consistēter'q; loqui vult, nec potest, tabificum quid phthinodees've portendit. Spiritus crebri, crebro've spirare & anhelare, inflammationem, laborem'que in locis periculosis præcipuis've signat magnus vero, lōgus'q; desipiētiā conuulsionem've, siue spasmū. Frigidus autem lethalis est, lethalis est & febriculosus, singultuosus, caliginosus'que, minus tamen quàm frigidus, magnus'q; foras emissus,

paruus intro, paruus'que foras, magnus intro. Peſſimus autem eſt, morti'que proximus, continuus, celerans, cogens, nigricans, duplo'que maior ſi includatur quã expiretur. Spiratio vero facilis bona've in omni febre graui, quadrageſimo die ſi decernat, magnam vĩ ad ſalutem, ſanitatẽ've habet. Ceruix collum've durum, dolitans'q; menti'que maxillarum've connexio colligatio've, venarum'que iugularium pulſus vehemẽs, tenentiũ'que neruorũ magnorũ've diſtentio, pernicioſum eſt. Dolores in anguſtijs faucium ſtrangulantes, qui'q; de capitis dolore proficiſcuntur, conuulſoria ſpaſmodea'-ve ſunt. Ceruicis colli've, ſcapularum'que perfrictiones, totiuſ'que corporis, ſi compareant, conuulſoriæ ſpaſmodees've ſunt.
Minctiones in his farinaceæ ſimilagenee've ſunt. Quibus lenia, rubra'q; in faucibus irritamenta ſũt, ſecũdum aures his tubercula ſuſci

tantur. Quibus fauces valde, cum ferendi difficultate dysphoria've, pernicies his præsés pernix've aduentat. Quibus spiritus retrahit, vox'que stragulabũda prodit, vertebra'que desidet, in fine, tanquã re aliqua sese conuellente spiritus exit. Si fauces parum exasperantur, si vanis ad sellam surrectionibus venter molestet cum frontis dolore, si hæc omnia crescant, & augeantur, difficilia periculosa'q; redduntur. Dolores faucium vehementes, secundum aures tubercula conuulsiones'que spamos've faciunt. Ceruicis, tergi'q; dolores cum febre graui, conuulsione'que spasmo've perniciosi sunt. Ceruicis, cubitorum'q; dolores conuulsorũ, perniciosi'q; sũt. Si vero hęc de vultu proficiscantur, fauces'q; petant, turbant, molestãt'que, pallidi, macilenti, spuentes, in his per somnum sudare, malum non est: quippe sudore plurimi leuanĩ, palliduli, macilẽti, si multum sputãt,

malum eſt: dolores labores'ue qui deſcendũt, facile his feruntur. Pectoris tergi'que dolore mĩctio cruenta ſuperſiſtens, laborioſa pernicioſa'que eſt. Ceruicis, colli've dolor labor've malum quidem eſt in omni febre, potiſſimũ autem in ĳs, quibus ne aliquatenus furiant & inſaniant, timetur. Poſt pectoris dolorem febriculoſum, ſiue cum eo ventris'que torporem, cum eo've nigri oletuli, mala ſigna ſunt. Cũ in grauibus fauces non valde dolitant, cum'que crebro hiant, fauces non facile claudunt contrahũt've, mentis excuſſoria paracruſtica've ſunt. Si vero poſt hęc & cũ his, deliri phrenitici've fiãt, pernicioſum eſt. Si fauces in febre cũ alĳs malis ſignis vlcerantur, periculoſum eſt. Subito per febres præfocari ſine tumore, nec poſſe deuorare, collum'que non poſſe ſevertere, nec deuorare, plerunque mortiferum eſt. Pręcordia vero mollia, plana, ęqualia've nõ do

tantia'que sint oportet. Si vero nõ plana, inæqualia've sint, dolitantia & inflammata, signum ægritudinis non contemnendæ nec vilis est. Præcordiorum vero tumor aliquatenus durus, dolitans'que pessimum quidem est omnino, sed si tantum in altera parte sit, potissimum'que in sinistra, periculosum minus est. Significant tamen hęc per exordia mortem præsentem. Sin autem viginti dies excedant, febris'que permaneat, suppurationem empyisin've, quod primo circuitu periodo've fit.

HIPPOCRATIS DE LANGVETIVM SOMNIIS INSOMNIIS'VE LIBER.



Visquis rite signa notas've somniorũ cognoscet, rimabit've, maximam vim ea ad oĩa habere deprehendet. Nam cum corpus non vigilat, vigilat've animus anima've, siue psyche multifariam diuisus illi subseruit & vigilat. tunc enim animus sui juris non est, nec totus in sese, sed sui partem aliquam singulis corporis partibus dedit, singulis'que sensibus, auditui, visui, tactui, deãbulatiõi, corporis'que cujuis actioni cogitationi'que, quę sui juris non est. Cũ vero corpus quiescit animus mouetur, per õnes'que corporis partes serpit & obrepit suam'que habitationem domũ've preptat, moderatur regit've, corporis'que oẽs actiones peragit. Corpus nanque dormiens non sentit. Hic autẽ vigilans dignoscit, vidẽ

da'que videt, audienda audit, vadit, tangit, lætatur, triſtatur, medico'que & loco & tempore cogitat conſiderat've, quę corporis animi've ſubminiſtrationes & actiones ſũt, animus omnes in ſomno peragit. Quiſquis ergo rite hæc dignoſcere ſciuerit, maximam ſapientiæ partem obtinuit. Quęcũque igitur ſõnia diuina ſũt, qui de boni mali've ciuitatibus, populos've alicui priuato venturum portendunt: quæ ferme nunquam errant. Sunt qui de hac re peculiarẽ artem teneant. Quoſcunque vero corporis affectus, paſſiones've ſiue pathema animus pſignificat prægnoſcit've, quæ plenitate vacuitate've congenitorum fiunt, vel conſuetorum permutatione, hi quidem & hæc iudicant & interpretantur, quædam'que conſequuntur: ſed in multis aberrant, neutrum que horum nouerũt cur fiant, vel non, cur've conſequantur, vel non: ſed hoc ſolum monẽt

cauendũ esse, ne quid detrimenti capiatur. Quid autẽ cauẽdum sit, & quo pacto, nõ dicũt nec sciunt, docent've: sed dijs supplicandum esse cẽsent, qđ quidẽ decorũ optimum'que est. Nã eũ qui hæc concipit & tractat, deos aduocari decet, Quare hęc res in his sic habet, cũ mẽs per nocturnam quietem, somnium'que diurnas hominum actiones modo cogestę, vel ĩ cõsultatione fuerũt, in re quidẽ iusta reddit, homini hæc optima sunt. salutem enĩ & sanitatem portẽdũt, quoniã animus in diuruis consultationibus permanet, nec plenitate, nec vacuitate, nec vlla alia re foris perumpẽte superatur. Cũ vero somnia diuturnis actiõibus aduersanẽ cõtraria've sunt, pugna'que aliqua concertatio've in his fit, perturbationẽ hoc ĩ corpore portẽdit. Quę si vehemẽs & valida fuerit, malũ etiã vehemẽs & validũ erit: si vero nõ valida fuerit, malum nõ validum erit. Siquidem actio amouẽ

da necne sit, nihil decerno statuo'
ve. Corpus vero hominis vti cure
tur, cõsulo suadeo' ve. Nã cũ ple=
nitas aliqua ĩtus est, quid excreat,
quod animũ perturbat: sin autẽ ve
hemẽs & validũ est quod vexat &
aduersatur, vomere confert, cibis'
q; leuibus quinque dies nutricare,
matutinis' q; deãbulationibus mul
tis, acribus, celeribus' q; & citatis,
vti pro cibariorũ iniectione, dein
de modicis comẽsuratis' ve exerci
tationibus cibariorum iniectionẽ
respectando, superexceri. Si vero
quod vexat & aduersatur non va
lidum sit, vomitionem tertiam' q;
sibi partẽ subducito: quod sensim
placide' ve facito. Deinde rursus
quinque dies sic nutrcato, deambu
latiõibus' q; premito, vocis' que la
boribus & exercitationibus vtitor
dijs' que supplicato, perturbatio' q;
ea sic sistetur. Solem vero, lunam
'que, cœlum, stellas' que claras, pu
ras, modo' q; solito facile sese agẽtes

si quis p somnũ videat, singula hęc optima sũt: sanitatem em̃ corpori ab oĩbus q̃ insũt, portẽdũt. Quare statũ hũc habitũ've præsenti optimo'q; nutricatu conseruato. Sin autẽ quid horũ cõtra fiat, morbũ aliquẽ in corpore significat, de validis validiorem, de non validis leuiorem. Stellarum exterior quidẽ circuitus, solis vero medius, lunæ aũt ad curua cauáve, seu cœla sit. Quod quidẽ harum stellarũ extingui, vel lædi, vel tolli vel circuitus cursus've remorari videbit, parte eadẽ & morbus fiet. Sin autẽ ab aere nebula've pati q̃d hęc astra videant, minus ĩfirmius've malũ fiet. Si vero & ab aqua vel grandine, maius validius've malum portendit. Nam redundãtiam excreationem've humidam pituitosam'q; in corpore inesse, & ad ĩteriora decurrisse portendit. Huic conferet, si multum paulatim addendo vestitus currat, vti quam maxime sudet, deãbulatio

nibus'que multis ipransus, vti cibi'que tertiam partem demere, sic'que dies quinque victitare. Si vero maius valetius've malum esse videatur, foueto. Confert enim per corpus, siue per corporis exteriora purgare quoniam detrimentum, siue quod lædit, in exteriore parte est. Cibis vtitor siccis acribus'que vinis, asperis, meracis, laboribus qui maxime siccent. Si vero quid horum luna patiatur, ad interiora trahere confert. cibis'que acribus, salsis, lenibus'que siue mollibus vomitionem facito. Cursibus vero deambulationibus celeribus, vocis'que laboribus vtitor. non pransus, cibi'que subtractione vomitione, quinque dierum nutricatu abstinentia've similiter. sic enim intro trahitur. Quoniam læsio curua caua've corporis petere visa est. Si vero sol quid tale patiatur, malum hoc validius, expugnatu'que difficilius erit. Quare vtrinque deducito, cursibus'que & discursionibus tortuosis, deambulationibus

cæterisq́ laboribus cũctis vtitor, cibi subtractione, vomitione, dierũ quinq; nutricatu & abstinẽtia simili modo. Si vero serenitate existẽte premat̃ vexet̃ve, debilitasq́ esse videatur, circuitusq́ tẽpestatis've siccitate superari, quod periculũ esse ne i morbum cadat, portẽdit. Quare labores demito, ciboq́ liquidiore humidiore've, leniore molliore've, siue delicatiore, balneis, quiete multa, somnoq́ vtitor, donec sistãt. Sin autẽ burrũ & ignitũ, pyroides've, calidũq́ esse quod aduersatur & molestat, videatur: bilis choles've redũdantiam excreationem've, seu apocrisin significat. Si vero superata non compareant, euanescant've, periculum est ne languens cõ morbo pereat. Si vero nutriri videat̃, quod'que adest in fugam verti celeriter'que fugere, seseq́ eos persequi, periculũ est ne languens insaniat, nisi curetur. His omnibus cõfert veratro helleboro've purga

ri, sic'que purgatos superatos've nutricari cibo liquido & aquoso, vinum'que non potare: si tamẽ da re velis, album, tenue, molle, aquo sum propinato. Siccitatẽ, colorẽq; inferentibus, salsis, acribus abstine to: laboribus vero naturalibus plu rimis, cursibus'q; multis vestitus vtitor: lucta vero, fricatio, vnctio alẽdesis've abesto: somnis demul ceto, desideto, cæteris laboribus pręterq̃ naturalibus supersedeto & abstineto, post cænã deambulato, bonum etiã est foueri, post'q; hoc vomere, trigĩta vero dies ad satu ritatem ne compleatur, quod si fa ciat, postquam dulcia, liquida, le uia, comederit, mense bisvomito. Quęcũq; vero horũ nulla vi ne cessitate've pulsa modo huc modo illuc vagãt & errãt, ꝑturbationẽ animi aliquã præ cura portẽdũt. Quiescere huic cõferet, de'q; cu ris animũ ad spectatiões quæ risũ moueant & ferãt, conuertere de lectare'q;: si minus, ad ea quæ spe

ctando exhilarent duos tres'ue di
es & fiftetur finietur'ue: fi minus,
periculum eft ne in morbū cadat.
Quæcūq; vero fidera pura & cla
ra de fua circulatione decidere vi
dētur, ortū'q; & anteriora pete=
re, salutē fanitatē'ue portendūt.
Quicquid enim ī corpore purum
eft de vefpere occafu've adortū,
fi recte & naturaliter habeat, cir=
cuitu hoc excernitur: quę nanq; in
in ventrē eliquātur, quę'q; in car
nem reiectātur, ōnia hoc circuitu
excidunt. Quicquid prętera ni=
grum, debilitatū, fufcum ad vefpe
ram & occafum, vel in mare, vel
in terram, vel fupra ferri videat,
magis hæc morbos portendunt, q̄
fupra feruntur capitis deftillatio=
nem rheuma've: quę in mare, vē=
tris mala: quæ in terrā, tubercula
phymata've ī carne nafcitura por
tendunt. Tertiam cibi partem his
demere cōferet, deinde cū vomu=
erit, quinque dies fic nutricato &
abftineto, quinq; dein de aliīs diebus

cibum omnem reddito, cũ vomuerit rurſus eodem modo nutricato. Quod horũ purũ & humidũ, defecatũ ve cœlo hærere videat, valere ſignificat: quoniã ex æthere qđ in hominem deſcẽdit, purum eſt & defecatũ. Tale nãq; animus perſpicit, quale deſcẽdit, & ĩtrat. Quod vero nigrũ & nõ purũ ꝑſpicuũ'q; fuerit, morbũ nõ plenitate vacuitate've ſignificat, ſed externa productione. Hic autẽ conferet curſibus celeribus & citatis vti, corpus vti quàm minimum emacietur, tabeſcat cõliqueſcat've ſpiritus'q; crebriore, quod aduenerit excernatur: poſt curſus vero celeriter deãbulato, cibo'que molli leui'q; dies quatuor nutricato. Quod purum quis ădeo ſe capere videat, ad ſanitatem optimum eſt nam ſignificat, quæ corpus ĩtrãt pura eſſe: ſi quid vero contra, bonum nõ eſt; morbũ enim venturũ in corpus portendit. Quare hunc ſicuti ſuperiorẽ curato. Sin autẽ in

ſerenitate molli, leni'ue aqua pluere videat, nec valde madefacere, nec vehemẽter, grauiter'ue ꝓcellosam eẽ & hyemare, optimũ eſt. Modicũ enim commenſuratum've, purum'que ſpiritum ex aere hominem ſubire & intrare. Si vero contraria horũ videat, vehementer pluere, hyemẽ tẽpeſtatem've, grandinem & procellam eſſe cum aqua nõ pura, morbum ſpiritu nõ aliçũde tracto portendit. Quare & hunc & cæteros ſic affectos, ſimiliter puſillo cibo nutricato. De ſignis quidem aſtris'que cœleſtibus ſic gnarus doctus've ꝓuideto, nutricatôque, dĳsque ſupplicato, ſoli cœleſti, Ioui Statori Cteſio've, Mineruę'que Stratarię Cteſię've, Mercurio & Apollini. Hoc quidem in bonis optimis'que ſignis & viſis, ſed in contrarĳs dĳs amouentibus, alio've cõuertẽtibus, Terrę, Heroibus'que mala, periculoſa'que cũcta, vti amoueãt, alio'que vertant. Salutẽ ſanitatẽ've & hoc ęque por

tendit acute videre & audire, tuto sine metu'q; vadere, currere, terram planam, læuem læuigatã've nõ saxosam, cultam'q; optime videre, arbores germinantes, multis'q; fructibus onustas, cicurataq; domestica've per somum videre, currentia'q; flumina cõsueto modo limpida pura've aqua, solito'q; nec plus nec minus quanq; expediat. præterea fontes, putei, cęteraq; oĩa sic visa, salutẽ sanitatẽ'q; homini portẽdit, corpus'que rite habere, circuitus'q; oẽs, actus've & excreatiões, cibos, deiectiões've adiectiões've suo tẽpore & ordine adesse. Si quid autẽ horũ contrariũ videatur detrimẽtũ nocumentũ've in corpore vel esse, vel futurũ portendit. Si quid visus auditus've læsum videatur, capitis morbum portendit. Quare matutino tempore & post cœnam cum superiore nutricatu plurimũ deambulato. Si vero fauces magna've & aspera arteria guttur've la

sæ videantur, sentiantur've carnem non purã esse significat, plurimum ergo post exercitationes deambulato. Cruribus vero læsis, vomitu conuellito, plurima'que lucta cum priore nutricatu vtitor.
Cum autem arbores sine fructibus & infœcundę & non fructiferæ videntur, seminis humani corporis corruptionem portendit: sin autẽ folia decidere videantur, humidis frigidis'que humoribus corpus læditur: si verro germinẽt, nec fructũ ferant, calidis siccis'que. Quare hęc nutricatu sicco siccefacito calefacito, madido vero humido've frigidóque illa madefacito frigefacitóque.
Si vero flumina non solito modo currere fluere've videantur, sanguinis circuitum si plus solito pluant, redundantiã exuberantiam'ue: si minus, defectum portendit. Cibo nutricatu've parco hunc minuito, largiore illum augeto. Cum vero non pura limpida've decurrũt, cõmotionẽ perturbationẽ've

prę se fert. Quę cursitatiōibus deambulationibus'que, crebro'que spiritu anhelatione've agitata purgatur deñcitur've. Si vero fontes putei'que videantur, spiritum ventum've circa vesicā & ī ea significat. Quare lotiū ꝓuocātibus eā purgato. Mare vero perturbatum videre, morbū ventris portēdit: quē leuibus, mollibus, ventrē mouentibus leuabis purgabis've. Terra vero domus've si moueri videat, sano quidē viro debilitatē ībecillitatem've significat, lāguēti vero salutē sanitatē've, statuſ'q; in quo est, mutationem. Quare sano quidem nutricatum, vitæ've genus mutare cōferet, primo qdē si possit & admittat, vomito, deinde parcè nutricato, sensim'que ad pristinum deducito: sic enī corpus totum purgatur & euacuat. Languenti vero conferet nutricatu eodem vti, corpus enim ex pręsenti statu mutatur. Terram aqua vel mari perfusam inundatámve

per somnū videre, morbū significat plurima humiditate in corpore persistente. Quare vomito, ne prandeto, laborato, siccis'q; cibis vtitor, deīde paucis nutricato. Sed nec terram nigrā videre, nec pustā, bonum esse videt, quod periculū est, ne vehemens mortiferū've malū nanscicatur, nā siccitatis redūdantiā & excessum in carne significat esse. Quare labores, cibos siccos, calidos, acres acidos've loti um prouocātes demito & subtrahito, ptisanę'q; succo & iure decocto, mollibus lenibus've, siue delicatis paucis'q; nutricato, potu vino've plurimo, albo, diluto aquoso 've vtitor; plurimis'q; balneis calidis, sed ieiunus non pastus've ne lauato, moliter'q; delicate've quiescito desideto've, solē frigus'q; caueto, Terræ, Mercurio, Heroibus supplicato'q;. Si vero q̄s mari, vel lacu, vel fluuio sese natare, vel vrinari videat, bonum nō est, humiditatis enim redūdantiā excessum

´ve significat. Huic conferet man
dare significare´ve nutricatu sic-
co, laboribus´que vtẽdũ esse, sed fe
brienti optimũ est: calidũ enim ab
humidis restiguit. Quicquid p̃-
terea circa se quis videat, solito mo
do, sue´que naturæ congruenti ne
que maius, neque minus, optimũ
ad salutem & sanitatem est, sese´
que vestem albam, calceamenta´-
que pulchra amic isse, optimũ est.
Quodcunque vero membrorum
maius vel minus fuerit, bonum nõ
est. quare hoc quidem vitæ ratiõe
diæta´ve maius reddito adaugeto
´ve, illud vero minuito. Nigra ve
ro, morbosa periculosa´q; sunt, q̃
mollefacito madefacito´que. Noua
recentia´ve mutationẽ significãt.
Defunctos autẽ puros nitidos´ve,
vestimẽtis´q; albis indutos videre
purũ´q; quid ab illis capere, opti-
mũ est: salutẽ enĩ sanitatẽ´ve por-
tẽdit, corporũ´q; & intrantiũ. De
mortuis enĩ nutrimẽta, incremẽ-
ta, semina fruges´ve ꝓficiscũtur,

q̃ pura defecata'ue corpus ſubire, ſalutē ſanitatē'ue portēdit. Siue=ro horū cōtrariū q̄s videat nubos vel denigratos atratos'ue, vel nō puros nitidos'ue, vel q̄d capiētes, vel domo exportātes, cōmodum nō eſt. Morbū nanq; ſignificat, q̄ ſi ſic corpus, ſubeant, lædnnt. Quare curſitationibus deambula tionibus'q; multis eum purgato, cibo'q; molli leui'q;, & vomitione nutricato. Quæcunq; vero muta ta forma deformata've corpora p̄ ſōnum videntur, hominē'que ter reant, ciborum non conſuetorum plenitatem redūdātiam excreatio nem've, bilem'que, choleram've, periculoſum'que morbum porten dunt. Quamobrem vomito, quin que'que dies cibis quàm leuiſſi= mis, nō multis, nō acribus, non ſic cis, non calidis victitato, laborū q; ĩjs qui ad naturā faciūt vtitor, præ terquā poſt cœnam deābulationi= bus, ſiue quin etiam poſt cœnā de= āmbulato, calidis've balneis lauatio

nibus'q; desidia & quiete vtitor, solem vero frigus'q; caueto. Si qs p somnũ sibi solitos cibos comedere videat, vel solita potare, cibi nutrimẽti've carẽtiã, animi'q; tristitiam significat. Carnes autem valentissimas si quis comedere videatur, magnam abundamtiam significat: non validas vero, paruam minorem've, quẽadmodũ enĩ cũ comeduntur, bonæ sunt, sic & cũ videntẽ. Quare ciborũ quid subducito, nam hoc nutrimẽtorũ excessum significat. Sed & panes caseo melle'que confecti, si per somnum comedantur, similiter portendit. Pura limpida've aqua si per somnũ potetur, optimum est signum non lædit've: cetæra õnia lędunt. Quæcunque consueta sibi videt quis videre cupiditatem animi significat. Quęcunque terrefactus quis fugit: sanguinis tumultuationem infestationẽ've præ siccitate portẽdit: corpus refrigerare madefacere'q; cõfert. Quisquis pterea

vel ſupatur expugnatur've, vel aliquo vulneratur pungitur've, vel colligatur, ſubcõtrariã ãbitus circuitus've corporei factam excreatioñe inſultatioñe've portendit. Cõferet ergo extenuare, deãbulare, cibis leuioribus vti, poſt'q; vomitioñe quinq; dies ſic neutricare & abſtinere. Sed & errores graſſationes'q; ſi per ſomnos phãtaſmata've cernantur, bonũ non eſt. Tranſitus fluuiorũ, hoſtes armati, mõſtra deformia ſi per ſomnum cernãtur, morbum vel furorẽ, inſaniam've portẽdit. Quare ĳs qui ſic cõflictantur & deprẹhẽdũtur cõferet, pauculis cibis leuibus, mollibus'q; vti, poſt'q; vomitioñe, ſenſim placide'q; dies q nq; ſic nutricare, laboribus'q; naturalibus plurimis p̃terq̃ à cœna vtitor, calida lauato, deſideto, ſolẽ frigus'q; caueto. Si q s autẽ his, quẽadmodum ſcripta ſunt, vtatur, ſanam vitã ducet. Hæc quidẽ vitę ratio diæta've, quẽadmodũ mor-

talis cũ sim & homo potest, per me & inuenta est, & excogitata cum deorum auxilio.

HIPPOCRATIS DE HVMORIBVS, PERI CHYMONI've, LIBER, QVEM ESSE HIPPOCRATIS NON NEGAT GALENVS, QVAMVIS QVAEDAM NIMIS BREVITER, QVAEDAM NIMIS LONGE DIXERIT.



Olor autem humorũ chroma've chymon, vbi non nimia copia redundantia've, caritas'q; humoris & chymi sit: q quà cõfert deducẽdi sũt, & quà vergũt, nisi lõginqua maturitas pręcesserit, quę foras vel ĩtro, vel aliò quà expediat, tẽdat. Quod respectu aliquo & verecũdia facito, ne ĩperitia, mala've peritia porrigito, defluxio've, siccitas vacuitas've ĩtestinorũ accedat, q̃ supiora nutriãt, ĩferiora cõpleãt, q̃ sua spõte & ascẽdãt

& descēdāt, quę & prosunt & no
ceāt. Quare cognatas species re-
spectato, regiones, loca, cōsuetu-
dines, ætates, āni tēpora, tēpesta-
tes, morborū intentiones & exces
sus, defectus remissiōes've, q̊s de-
serāt vel nō, & quātū medicamē
ta, remed'áve, lauationes pfusio-
nes, cubatiōes, in caput ne, an ob-
lique, & in latera cubēt, qua'q; ma
xime vergēt, deductiones'q;, siue
reuulsiones ad superiora ne, vel
cōtrà ad īferna: q̄bus'q; supna vel
īferna siccescāt madescāt've, q-
bus'q; mitescant leniantur've. Si
subluātur, cauendū est ne humo-
rū diffusio capiat intestina & ite-
riora: quare aditus desiccato, ven
trē moueto, subluito, pfundito, fri
cato. Quibus sedes suppurauerit,
conspicito, medicamentum quod
discutiat admoueto, vel an vlcu-
sit, humor've quis illic consistat,
vel germē pullulatio've, vel bul-
la pustula've, vel inflatio, vel ci-
bus, cibi've recremētū, vel fera

bestiola've, siue lūbricus tinea've vel æstus, caloris've recremētū, vel quis alius affectus & passio. Quæ cuncta diligēter sunt consi deranda per sese ne cessent, an tā= quam ab æstu vstulatione've pu= stulæ circūobducantur: quorum quædam nocent, quædā prosunt. Quorum forma figura've, situs, motus, sublimitas tumor've, sta= tus, reditus, somnus, vigilia cōsi= deretur. Quæ'q; in his faciunda, vel cohibēda nō faciūda've præ= uenito, prædiscito, prædicito'q;, num'ne consuetudo & institutio vomitionis in his sit, num'ne per ĩferna facilis exitus & subductio, vel sputi, saliuæ, muci, tussis, nau seæ, singultus, lotĩj natura, ster= nutamenti, lachrymarum, pruri= tus, titillatus, vellicatus, tactus, sitis, famis, vacuitatis, plenitatis, somni, vigiliæ, laboris, desidiæ, corporis, mentis, disciplinæ scien tia've, memoriæ, obliuionis, vo= cis, locutionis've, taciturnitatis:

locellorum purgationes supernæ & infernæ, prorūpentia, cōuertētia torquētia've, crassa pīguia've meraca pura've, spumosa, calida, vellicātia lancināacia've siue mordentia, virulenta, varia, radentia ramentosa've, feculenta, cruēta, non inflantia, cruda, cocta, tosta, sicca, quæ defluant circūfluant'-ve. Ferendi facilitatem difficultatem'q́ prospicito priusquam periculum aduentet, quę sedare cessare've oporteat, vel non. Maturitas quæ descensus inferiorū, superiorū fluitatio, quæ de locellis ꝑficiscantur sordes aurium, mollitudo mollificatio've, patefactio reseratio've, vacuitas, caliditas, frigiditas, foris, ītus, horum quidē, horum vero nō. Cum sub vmbilico quid torquet, lene tardum've sit tormentū quærito, vel cōtrà. oletula vero & excrementa quà vergāt, descēdant ne, sine spuma ne sint, cruda, cocta cōcocta've, calida, frigida, fœtida, sicca, hu-

mida liq̄da've, ſubolida, ſitis quæ antea non fuerit æſtus, cauſſa've ſontica alia patēs latēs've pſpicito, lotiū quale, nariū humor qualis ſit, delaſſationē, iactationē'q́, ſiccitatē non conſuetam: ſparſum ne, rarū, turbulentū, denſum, crebrū ſpiret, præcordia & ilia qualia, lumina oculi've ſint ne læſi, partes extremæ q̄ habeāt, mutatio coloris acceſſerit ne. venarum pulſus, frigiditas refrigeratio've, concuſſio, cutis duritia, neruorū, articulorū iuncturarū've ſtatus, forma figura've, cubationis modus qualis ſit lubens ne & conſuetus, vocis, mētis ne mutatio, pili, vngues qui habeāt. Morbū ne facile ferat, an contrà; & non ſicuti decet oportet've, ſigna notæ've hæ ſunt, corporis odor, oris, ſputi, auris, crepitus, excrementi, lotij, vlceris, ſudoris, ſaliuę, nariū. Corpus ſalſum ne ſit, vel ſputum, vel nares, nariū've pituita fluor've, vel lachryma, humores'q́ cæteri ſimiles ne ſint, vndique quæ pro-

ſunt, quæ lædũt, cõſiderato: qua-
lia viſa per ſomnos videat ſom-
niet've, quid cũ dormit faciat, p-
ſpicue ne & acute videat audiat'-
que, cupiat ne loqui reſpõdere, pe-
tere, parere. Quæ cuncta cõſide-
rato, quæ'q; cõmoda ſint, ſalutẽ'-
ve portendãt, ſint ne valentiora,
plura'q; q̃ quæ cõtrà: ſenſibus ne
cunctis ſentiãt, patiẽter'q; omnia
ferãt, ſicuti odores, ſermones, ve-
ſtimẽta ſtragula've. Status cubã-
tium perſpicito, num ne malũ fa-
cile ferunt. quæ'q; ſponte ſua ve-
niunt proſint ne, vel cõtrà, decer
nant ne intus. quãdo & qui ſicuti
crepitus ventus've, ſeu inflatio.
lotium quale, quantum, quando,
quæ'q; his contraria ſint & aduer
ſantur, quę'q; affectibus & paſſio-
nibus proxima, cõmunia, coniun-
cta ſunt cõmunicant've: quę pri-
ma & maxime male habẽt & affi-
ciunt. Statum vero, modum, con
ſuetudinẽ've languentis, morbi'-
que p exordia dignoſcas: qd per

lotia decernatur & excreẽt: qua-
lia sint ea, quæ concidẽtia & acces
sio casus've, quæ coloris permuta
tio, quæ spiritus diminutio, cũ'qꝫ
his q nutricatus & cibus, num'ne
similia sint quæ prodeũt & demit
tuntur, ĩjs quæ porrigũtur & in-
trant. Cum primis videto, qui de-
cessus exitus've, quæ lotia, quę'qꝫ
per locellos excernantur, quæ sa-
liua sputum've, quæ nariũ deflu-
ctio, oculorum'qꝫ qui sudor: q sup
puratus, vlcus, pustulæ, quę'que
sponte sua, quæ per artẽ defluant
veniant'qꝫ, cuncta ne ĩter sese si-
milia sint, quę decernũt, quę pro-
sunt, quæ lædunt, quæ dissoluunt
tollunt've. Quãobrem quędã cir
cumfugiẽs auersato & amoueto,
quædã prouocato, quędã peragi-
to, quædã admittito. Cætera'que
sic obseruato, cutis qualitatẽ, ex-
tremorũ præcordiorũ, iliũ, arti-
culorũ, luminis, oculi've & oris,
status, somni somniorũ've: qualia
& quæ decernant, quandoqꝫ hæc

moliaris, quę ſuppuratĩoes & abſceſſus, quæ proſint cibis, poculis, odoribus, ſpeciebus, viſibus´ve, auditionibus, cogitationibus, demiſſionibus liquidis, calore, frigore. Quare ſicca madefacito, huda ſiccefacito perunctionibus & vnctionibus foris, intus, ſuperlinimẽtis ſuperemplaſtrationibus´ve, linimentis emplaſtrationibus´ve, fomentis. Super his autẽ ſuperpoſitionibus ſtatus, modus, forma figura´ve cubationis ſpectetur, fricatio, curatio medela´ve, labor, quies, ſomnus, vigilia ſpiritus ſuperne, ĩferne. Cõmunibus, priuatis, peculiaribus´ve, artificioſis, in acceſſionibus nec pręſentibus, nec futuris, nec in pedũ refrigeratione, ſed morbo declinante iam & declinato vtitor. Nec in acceſſionibus, quæ certis ſtatis´ve diebus circuitu´ve fiũt, munimẽta cibaria´ve porrigito, neq; ſumere cogito, ſed potius prioribus ante decretoriũ demito. Quę decernũt,

paulo'que ante, nuper've decreue-
rũt, medicamẽtis potionibus've,
cæteris'que concitamentis agitato
vexato've, nec quicquam innouato,
sed sic finito. Matura vero medi-
caminibus purgato & agitato nõ
cruda nec per exordia, nisi res po-
scat cogat've: plerunque tamen nõ
possit cogit've: quæ eò deducẽda
& agenda sunt, quà cõferant: quę
copia multitudine've ne respe-
ctato, sed donec qualia oportet fa-
cile'que feruntur, prodeunt. sed si
dum hæc ages, male haberẽt, læ-
derent, molestarẽt've, aliò verti-
to, vel desiccato, vel reuellito re-
moueto've, & eò deducito, cuius
caussa hoc fit, sed cum primis suf-
fecturus necne sit languens, consi
derato. Sicca quidem calida sunt,
humida vero liquida've, frigida:
quæ vero cient mouent've, con-
trario modo plerũque habent. Hęc
quidem imparibus superne fiunt,
siquidẽ & circuitus accessionũ cõ
cussionum've, morbi'que status ta-

lis sit, plerunque vero paribus in=
ferne fiunt. Sic & quæ sua sponte
prosunt, fiunt concussiones & ac=
cessiones, nisi circuitus paribus fe
cerit: sed in his quidem paribus su
perne fiunt, imparibus autem in=
ferne: quod non sæpe cadit, status
tamē hi difficilius decernūt. Qui
vero tempus congruū tempesti=
uum've præcedunt, necessario sic
habent, vti tertia & decima, vel
quarta & decima fiāt. tertia qui=
dem & decima īferne, quarta ve=
ro & decima superne: sic enim ad
decretoriū facit & confert, præ=
terquā quod inferne plurimū pur
gare oportet. Hæc enim pxime
nō sunt, vti sic decernāt, sed tar=
dius vlterius've, sed in grauibus
acutis've multa rarius tentato &
agito, quod penitus delassant. Per
longas vero febres in articulis &
iuncturis, vel secundum maxillas
aures've potissimū suppurat ab=
scedit've. Qua quisq; dolet potis
simum'que in parte superiore, nisi

morbus lẽtus piger've ſit, vel tor pidus, infernaq́ petat, tunc potiſſimum inferna ſuppurat & abſcedit, cum pedes calidi hoc præ ſe ferunt: ſuperne vero, cum frigent. Qui vero recẽs ex morbis cõualeſcẽt ſurgẽt've, ſi manus pedesq́ve ſtatim parte aliqua doleãt, intus ſuppurabit & abſcedet, quinetiã ſi quid ante morbum doleat, eo ſiſtetur & abſcedet: quẽadmodũ cecidit Perinthijs tuſſibundis, anginoſisq́: nam hæc mala eoſdẽ abceſſus faciũt, quos & febres, corporiq́ ſimiliter euenit, cũ humores frigore, vel aliqua alia re lique ſcunt, tabeſcunt & corrũpuntur. Quamobrem quibus anni tempo ribus quiſque humor vigeat floreat've, conſiderato: quęq́ morborũ genera in his ſinguli creẽt, quiq́ affectus & paſſiones in ſingulis morbis fiant: nam corporis parte qua morbus eſt, maxime laborant, naturaq́ eò tendit. Sicuti lienoſi qui ſunt, maxime laborãt,

naturaq́ in his quid operatur & facit: nam ferè semper mali coloris sũt, corpore lãguido suspiriosoq́, cum quid ad sese trahit, nisi frigoris intemperãtia hoc patiatur, vel ciborum, potionũ somni, vigiliæ, vel amore desiderióve aliquo, sicuti talorũ tesserarũve, vel arte, vel necessitate aliqua, laborum tolerantia, & eorum quæ fiunt ordine aliquo, vel nõ certo ordine, mutationes si fiant de consuetis in non consueta, mẽtis animíve defatigatione, vel disquirendo, vel exercẽdo, vel vidẽdo, vel dicendo: vel si quid aliud est, sicuti sunt curæ, tristitia, cupiditas, ira mentis imperiosæ, si quæ molestiæ fiãt visu vel auditu: vel si qua corpora inter sese contrita molestiã creent, sicuti molæ dentes cũ collidũtur, inter seséq́ cõterunt, vel si quid prçceps cauũve occurrat, crura labãt tremũtve, cũq́ quid quod vsui sit, egeatve, manibus tollitur, tremunt,

coluber serpés've subito visus pal
lescere facit, terrores, timores, pu
dor, verecundia, cura, voluptas,
ira, cætera'q; talia quæ similiter
afficiunt, quibus eorũ corpus sub-
auscultet: quod est actioni, motui
& agitationi. His enim subauscul
tat, quemadmodũ est sudor, cor-
dis palpitatio & agitatio, cętera'-
que harum virium & facultatũ,
quę foris prosunt, vel officiunt lę-
dunt've, sicuti punctio, perfusio,
vnctio, sparsio, emplastratio, la-
narũ, taliũ'q; supligatio. Quæ'q;
intus sunt his subauscultãt, nõ so
lum quæ foris sunt si intro tendãt
& porrigãtur, sed & que in lanis
cubatu'q; sunt succidis aridis've,
quod'q; apud regẽ dicitur cumi-
nũ visu & odoratu: quæ'q; caput
deducunt, perturbant, sicuti ver-
ba, sermones've, vox & talia, mã
mæ, semen genitale, locelli signa
sunt per ætates, præfocationes,
strãgulationes've, singultus, tus-
sis, cum testes petunt. Quẽadmo

dum est terra arboribus, sic vēter animalibus: nam alit, calefacit, frigefacit: cum quidem vacuus est, frigefacit: cum vero plenus, calefacit. quemadmodũ terra fimo saturata, calorẽ satis subministrat: cũ vero sine eo est, frigus. Præterea vēter hyeme calidus est, carnem intus habet siccã, sanam, non putridam, diuturnam: sic & arbores sub cortice sicco, tenui similiter, & animãtium quędã sicuti testudines, qui equid'que tale est. Sic & ætatibus, anni temporibus, & ãnis depręhendas, similia'que reperias. Nam viuentia non cõuertuntur cõsumũtur've, modice'q; & tẽperate si rebus vtantur, melius habent & degunt. Quemadmodum currens & recens aquula salit & scaturit, permanẽs autem & inueterata restagnat, sedet, marcescit: sic & ventriculus cibum trãsmittit, sedimentũ vero tanq̃ vas aliqđ retinet. Morborũ præterea modi diuersi subeũt. Quędã

enim morborum genera congeni-
ta, cognata gẽtilia'que, & peculia-
ria, & insita regionibus locis'que
sunt, quæ discere sciscitando, scia-
re, & obseruare operæpretiũ est.
Multis enim de caussis in his vi-
gent, quas multi sciunt. Quædã
corporis qualitate dispositiõe've,
quædam victus ratione cibis've,
quædam morborum stata consue
tudine cõstitutione've, quædam
anni temporibus gignũtur: nam
regiones & loci qui tẽporibus an-
ni quibusdam male habent, mor-
borum hæc genera creant: si qui-
dem anni tempora cũ inæqualia
sunt, hoc est eodem die, non ęque
calent frigent'que, quod cum fece-
rit, morbi per autumnum, alia'que
anni tempora rata portione fient
& erunt. Partim nãque malis, fœ
tidis, cœnosis & palustribus odo-
ribus creantur: partim aquis non
bonis, qui his vtuntur, calculosi
ferè lienosi'que sunt, partim ventis
bonis malis'que. Tẽpora ergo anni

qualia fuerint, tales erunt & mor-
bi ſtatusque eorum & modi, qui
de his proficiſcuntur. Tempora
enim anni, ſi naturaliter ſuo tēpo
re & ordine trāſigent, morbos be
ne decernentes & finientes crea-
bunt. Peculiares vero locorum
& incolarum morbi ſtatim præ ſe
ferunt, ſi quid tempora variaue-
rint & mutauerint, ſimiliáque vel
diſſimilia fuerint, quàm eſſe con-
ſueuerint & debuerint. Morbi
nanque mutantur, diſſimiliter-
que eunt quàm conſueuerunt.
Per autumnum enim ſi morbus ar
cuatus regiusve vigeat, præ ſe
fert autumni inæqualitatem, mo-
do teporem, modo frigus exce-
piſſe, ſequutumve eſſe, modo con
tra frigus, calorem teporémve. Si
vero per æſtatem bilis vigeat, lie
noſi plurimi fiunt: cum autem &
aer ſic erit, ſeſeꝗ adducet, morbi
arcuati per ver erunt. motus e-
nim hic per hanc ſpeciem ſimilis
proximusꝗ huic anni tēpori eſt.

Cum autem æstas veri similis est, sudores ĩ febribus, modi faciles nõ graues, linguæ'que nõ valde siccescunt. Cum autem ver hybernat, hyems præposterat & tempestates, morbi quinetiam hyemales fiunt, tussibundi pulmonici, anginosi. Si vero suo tempore non incipiat & veniat autumnus, sed statim hybernet, tẽpestuosus've sit, sic'q; nõ iugiter sequatur, morbos eosdem non facit: quoniam suo tẽpore non cœpit, & inæqualiter ꝓcessit. Cũ itaq; tempora anni pręposterа, nõ tẽperata, nõ discreta, nõ constãtia fuerint: sic & morbi prærũpunt & ante tempus decernunt, & remanent. Quemadmodum anni tempora quæ morbos hos creant, quandoq; redeunt, sic & morbi repullulant. Quamobrẽ præconsiderato quomodo corpora habeant, cũ anni tempora pręrumpunt tempestates'que & ea præoccupant. Nam auster siue notus auditum grauem malum've,

capitis grauedinem, visum hebetem, corporis torporem, delassationem & resolutionem facit: cumque hic præualet prædominatur've, hęc in morbis patiuntur & veniunt, putrida fluida'que vlcera, præsertim os, pudenda, cætera'que talia hoc patiuntur. Sinautem septentrio seu aquilo, boreas've, tusses vigent, fauces exasperantur, ventres durescunt, lotij difficultates, laterum, pectorum'que dolores consequūtur: cum autem hic præualuerit, mala hęc potissimum expectato, tanto'que magis quanto vehementius flabit. post vero siccitates, æstus & pluuias, febres sequuntur vehementiores mitiores've, prout hæc magna multa've fuerint, corpora'que habuerit, qui'q; humores viguerint: cum hæc inuadunt, tempora'que mutantur. Quin etiam maxime differt, sint austri septentriones'que sicci vel pluuiosi, magnum & hoc est: nam alius alio anni tem

pore, regione , loco magnus est, quemadmodũ est; per æstatẽ bilis viget, per ver sanguis, cæteraq́ꝫ talia. Temporum mutationes magnæ, præsertim morbos pariunt: nam si temporibus anni mutationes magnæ sunt, sic & in cæteris omnibus fiunt. Quædam etiã mala victus ratione, & ex additamento gignuntur. Tempora quin etiã anni sicuti certa, stata, tutaq́ꝫ nõ sunt, sic & victus ratio, color & frigus, præsertĩ ex additamẽto, quĩ & ętates, quę sic mutantur. Quędam etiam naturæ cum tempore mutantur: nam quædam æstate, quædam hyeme melius peiusve habent, quędam, prout sunt regiones, loca, vbi degũt. Ætates prę terea, nutricatus, morborum status p temporum mutatiões, melius peiusve habent: quin & anni temporibus victus rationem, cibaria, pocula congruentia porrigito. Siquidem hyems sit, quæ desidiosa ab opere est, matura, cocta

condita've rite, simplicia sint, quę tunc intrant: magnum enim & hoc est. Per æstatem vero, quoniã tũc operamur & persolamur, cibaria varia, non stata, dilutiora'que vina, crebriora & poma porrigito. Præterea quemadmodum ex anni temporibus morbos est cõiectari: sic & ex morbis aquas, tempestates, ventos prę gnoscere est, & siccitates, septentrionem austrum'que scilicet. Quod facile fit, si quis quæ consideranda sunt, consideret. Si cutis asperitates quædam, lepræ've in languentis corpore sint, dolores labores've circa articulos, ventos & siccitates portendit: cum vero membra pruriunt, aquas, cætera'que talia. Quĩ & ex morborum circuitu, pluuiæ futuræ, & aquę, & venti prę gnoscuntur, continuę ne & iuges, an tertio quoque die: sic & venti, nã quidam iugiter & continenter flant, & inter sese reflant: multis diebus aliqui, paucis a lĳ.

Quidam & ĩjdem stato circuitu flant, circuitu'que alio nõnulli: sic 'que hi morbis, morbi'que his respondent, similitudinem'que trahunt. Nam cum aquę & venti parum durant, sic & morbi: cum vero totum fermè annum durant, sic & morbi producuntur: cum'q; vehementes & magni sunt, sic & morbi: cum vero communi leni'que modo & lento durant spirant'que, sic & morbi procedunt. Per primas etiam aquas, cum post multam siccitatem pluuia & aqua futura est, de ĩjs etiam qui morbo subter cutem laborant, siue per hydropon, prædicere est. Cum'que magna vel alia pusilla signa comparuerint in ventorum positione, vel mutatione: nã tunc vel gliscit vel remittit, hic morbus ꝓ pluuię & aquæ qualitate. Quamobrem sic in summa dicendum & deducẽdum est, morbos tales fore, quales pluuiæ & aquæ tempestates, venti'que præcesserint. Simili'que mo

do intelligendum & auſcultandũ eſt, ſi quis cum diu viderit & obſeruauerit, prædicat quale fuit hybernum tempus, tales erunt ver & æſtas. Colores etiam omnibus anni temporibus ſimiles non ſunt, neq; cum ſeptentrio vel auſter ſpirat, nec in omnibus ætatibus. nec ſibi quiſquam ſemper ſimilis eſt, nec cuiquam colore penitus cæteris'que. Quare de coloribus, cæteriſ'que rebus ex ĩjs quæ videmus & ſcimus & adſunt, nec mutantur, ſic obſeruadum, ſpeculandum, & dicendum eſt, temporibus anni ætates ſimiles eſſe colore & modo. Qui mariſcas habent, laterum morbo, pulmonis vitio, cancro, furunculis, puſtulis carnem forantibus, termenthis've non coripiuntur, nec forſan cutis aſperitate lepris've, nec fortaſſe vitiligine alphis've. Qui ſi non apto tempore curentur, ſtatim & crebro his, cæteris'que perniciofis corripiuntur Cęterę vero ſuppuratiões ſicuti ſi

ſtulæ cęterorum remedia ſunt, & acos quæq́ ſuapte natura liberant cum ſuper comparent, liberant'q́ ab his, tanquam ſint quædam horum impedimenta cum accedunt. Quædam communicant, loci'que ſuſpecti, ſi labore dolore've, vel grauedine, vel re aliqua alia ſuſcipiant, liberant. Quædam vicinitate prorumpentia've quadam cõmunicant: ſanguis tamen non æquo modo defluit, ſed humoris cognatione quadã talia ſpuũt. Quidam ſuper his ſtato ſuo've tempore ſanguinem emittunt ſuper aliĳs vero, quemadmodum ſuper his, ſiue poſt hęc, cuius eſt ſiue non eſt verisimile impedimentum & par ſuper his. Quidam etiam cruenta ſpuunt. Quidam per anni tempus morbus laterum fit, biliosus'q́ morbus. Quibuſdam ſecũdum aures ſuppurat, quibus hoc per decretorium fit. Quod ſi non expurulet, ſed euaneſcat, malum ſimili modo & circuitu reuenit, poſt'=

ꝙ decretorium rurſus tumeſcūt, & tolluntur & permanent, quem admodum febres redeunt, quibus ſperādum eſt, vti in articulos decumbat ſiſtatur've. Quidam lotium craſſum album mingūt, ſicuti filius Antigenis. Super laborioſis vero quartanis, ſiue poſt, eſt cum tale prodit, & ab abceſſu liberat: ſin autem & ſuper hoc ſanguis de naribus abunde fluat, multo magis. Quorum autem in articulari modo, dextra parte dolitant inteſtina, lento'ꝙ modo & quieto moleſtent, ſuper autē hoc curare & liberare laborioſius & difficilius eſt.

HIPPOCRATIS DE SPIRITALIBVS, VENTOSIS'VE FLATIBVS, SIVE ΠΕΡΙ ΦΥΣΑΩΝ LIBER.



Vædā artes ſunt, quę ĳs qui eas ſciunt, poſſidēt've, laborioſę ſūt: ĳs vero qui vtuntur, vtiles: nam vulgo ru

dibus ignarisve cõmune & hospi
tale bonũ sunt, tractãtibus autem
ipsas, molestę. Quarũ artiũ ea est
quã Gręci medicinã iatricẽ've no
minitant. Medicus em̃ iatros've
periculosa, grauia cognoscit & vi
det: quæ suauia nec iucunda sunt,
tractat & tangit, peculiares'q; mo
lestias in alienis malis calamitati-
bus & vtilitatibus capit. Languen
tes vero per hãc artem malis maxi
mis, doloribus laboribus've, mole-
stia, morte liberantur. nam omni-
bus liquido medicina lenimen &
remedium esse depræhendit. Hu
ius autem artis mala nõ probanda
've cognoscere difficile est, proba
vero bona've facile. Mala quidem
& non ꝓbãda medicis tantum no
ta sunt, vulgo autẽ rudibus igna-
ris've nequaquam: corporis enim
opera non sunt, sed mentis. Quę-
cun'que eninm manibus tractan-
da sunt, ĩjs consueuisse oportet, pe
ritiam've vsum've parare: nam
manuum vsus doctor est maxi-

mus. De morbis autem obſcuriſſi- mis, & non viſis, difficilibus'que & grauibus, opinióe potius quàm arte iudicatur: plurimum enim in his peritia ab imperitia differt. Quorum vnum & potiſſimum eſt, cognoſcere quænam cauſſa ſit, principium, & fons morbo- rum malorum've corporum. Nam ſi quis morbi cauſſam cogno ſcat: & videat, dare & poterit ex cõtrarijs cõferentia corpori, cum morbos cognoſcat: hęc enim potiſ ſimum ſuapte natura eſt medici- na. Statim ſubita've fames mor- bus eſt. Nam quicquid hominem vexat, morbus eſt & vocatur. Quod ergo famis remedium eſt? quod famem tollit, quod eſt cibus ſiue comeſtio. Hoc ergo illud cu- rato, ſitim'que etiam tollit potio, ple nitatem vacuatio, plenitas vacua- tionem, dolentiam ĩdolẽtia: & vt ĩ vnico verbo concludam, contrari orũ medicamẽta ſũt cõtraria. Me

dicina enim est additio & subtra- ctio: subtractio superantium, addi tio deficientium. qui autem hoc optime facit, medicus optimus est: qui vero ab hoc plurimum abest, plurimum etiam abest ab arte me dica. Hæc quidem in transgressu, & præter orationis futuræ propo situm dicta sint. Morborum qui- dem vnus est modus: qui tamẽ in- ter sese mihi differre videtur, quã doq; propter locorum dissimilitu dinem & alienationem. Quinetiã morborũ omnium species & causa vna & eadem est, quam posthac dicere conabor & tentabo. Corpo- ra nanq; & hominum & animali- um cæterorum tribus nutrimen- tis nutriuntur: Quibus hæc nomi na sunt, cibaria, pocula, spiramen ta pneumata've. Quæ quidem spiramenta cum in corporibus sunt, venti phiæ've dicuntur, & vocantur: quæ cum extra cor- pora sunt, aer dicitur, qui pluri- mum in omnibus quæ cadunt po-

test:cuius vim considerare operę precium est. Nam vētus est aeris fluens vnda, qui cum vehemēter flat, vi eius arbores conuelluntur, mare fluctuat, naues tantæ magnitudini non assuetæ per altum iactantur. Hanc quidem vim in his habet, qui non videtur quidem sed sentitur. Quid enim sine hoc sit fiat've, vel cui rei abest, vel cui nō inest? Quicquid enī inter terrā & cœlum est, spirtus plenum est, conspiratur'que & perflatur. Hic & hyemis & æstatis caussa est: per hyemem vero creber est & frigidus, per æstatem lenis mitis've & tranquillus serenus've. Quin & solis & lunæ, & siderum, astrorum'que viam dirigit. spiritus enim nutrimentum ignis est: nam si spiritu ignis priuetur, nō viuit: quam ob rem & solis perennem cursum spiritus & aer perennis & tenuis esse facit. Quod vero mare spiritus particeps sit, omnibus patet, siquidem animalia natantia

ſine ſpiritu non viuerent. Cætera autem alio modo & alibi per aquã & ex aqua ſpiritum trahẽtia participant, Luna'que in hoc ſedem & fundamentum habet, terrę'que etiam hic eſt vehiculum & ſuſtentamentum, nihilque eſt quod hoc vacet. Cur autẽ ſpiritus tantũ poſſit & valeat, alij dixerũt. Mortalibus vero hic vitæ & morborum cauſſa eſt, tã'q; corporibus cũctis vſus ſpiritus neceſſarius eſt vti ſi cæteris alijs rebus cunctis careat, quis & abſtineat cibo & potu ſcilicet duos tres've & plures dies, viuere poterit: ſed ſi q̃s ſpiritus ĩ corpora meatus claudat & intercipiat, paruo diei ſpacio peribit tã magno vſui ſpiritus eſt corpori. Pręterea cætera õnia homines agere ceſſant: plena nanq; mutationum eſt vita, tamen hoc ſolum mortalia omnia ſemper agunt: Spiritum enim modo trahunt, modo emittunt. Quod autem magna ſit communicatio communis've vſus &

necessarius spiritus aeris've cun-
ctis animalibus, dictum est. post
hoc vero stati dicēdū est, par nec
verisimile esse morbos aliūde gi-
gni, quàm cū hoc plus vel minus,
vel multū simul, vel morbosis i-
quinamentis infectū in corpus pe
netrat. De negocio quidem hoc
satis mihi hęc sunt: postea autē ad
opera ipsa ratione deueniam, mor
bos'que omnes huius esse & filios
& nepotes demonstrabo. Primum
quidem de febre communi maxi-
me morbo auspicabor. Morbus e-
nim hic cæteris omnibus adsidet,
assecla comes've est, quod vulne-
ra, cætera'que lædentia demon-
strant: nam post eorum in flamma
tionem febris statim sequitur, post
'que inguinum tumorem. Duo ve
ro sunt potissimum febrium gene
ra, vti hac quoque discurram. V-
num commune, quod ab omnibus
pestilentia vocatur: Alterum
quod malo nutricatu peculiare ījs
fit, qui male nutricātur & viuunt,

Horum vtriusq; caussa est. & actor spiritus, aer've. Communis ergo febris propterea talis est, quod omnes eundem spiritum trahunt. Similes autem febres gignuntur cum simile corpus, similis similiter'que & æque mistus spiritus intrat. Sed forsan quis dicat, cur non omnibus animalibus;, sed vni generi tantum tales morbi fiunt? Quoniam dicat quis, corpus à corpore, natura à natura, nutricatus à nutricatu differt. Cunctis enim animantibus eadem non cõferunt & conueniunt, sed alijs alia. Cum ergo spiritus & aer ijs inquinamentis completur, quę humanę naturę hostilia sunt, tunc homines languent, cum'que alicui animalium generi spiritus non commodus obrepit, tunc eo morbo corripitur. Qui sint populares & communes morbi, cur'que & quomodo quo've gignãtur, dictum est. Quæ vero febris malo nutricatu gignatur, tibi differta-

bo. Mala quidem viuẽdi ratio hęc est, cum quis plures cibos, vel siccos, vel hudos liquidos've, & plures quàm ferre possit, corpori dat, laborem'que nullum copiæ huic opponit, cum'que varios & inter sese dissimiles cibos infarcit & immittit. Nam dissimilia tumultuantur & dissident inter sese, quædam enim citius, quædam tardius concoquuntur digeruntur've.
Cum multis etiam cibis necesse est & multum spiritum intrare. Cum õnibus enim quæ comeduntur & potantur spiritus vel plus, vel minus ĩ corpus penetrat: quod hac re demonstratur. Nam post multos cibos & potus plurimi statim & nauseant & ructant: spiritus enim inclusus cum bullas & repagula, quibus continetur, fregit, recursitat. Cum ergo corpus multorum cibariorum plenũ est, spiritus'que multa plenitas fit, cibis intus remoratis diutius, qui præ copia cum transire non pos-

ſint, remorantur: cum enim ventriculus inferior clauditur, ſpiritus phyſę'ue corpus totum perreptãt percurrunt'ue, ſanguinolentas'qꝫ potiſſimum partes petunt, quas refrigerant: quibus refrigeratis, corporis & ſanguinis vbi radices & fontes ſunt, corpus totum refrigerant, quibus locis & ſanguine frigefactis, corpus totũ horret. Propterea primum ante febres horrent, tanto'que magis quanto maior copia ſpiritus flatus'ue prorũpet, corpus'que deinde hoc modo tremit. Sanguis enim horrorem timens & fugiens, corpus'que totum perreptans, ad loca calidiſſima confugit & currit. Præterea diuerſo modo & horrent & tremunt: nam cum ſanguis partes extremas deſerit, carnes & inteſtina tremunt. Quædam enim corporis partes multi ſanguinis ſunt quædam pauci, quædã exangues. Partes ergo pauci ſãguinis & exangues non contremiſcunt, ſed ſa

liunt & quatiuntur micant've, calore nanque carent & deserũtur. Quæ vero multi sanguinis sunt, præ sanguinis copia tremunt & inflammantur. sanguis enim cum multus est, quiescere non potest. Hiant autem ante febres, cum spiritus, & aer multus intus congregatus & cumulatus vnà, totusque superiora petens os vi aperit., & dehiscere hiare've facit: hac enim facile prodit. Nam quemadmodum de cortinis ahenis've feruentibus vapor multus prosilit: sic corpore calefacto spiritus aer've conclusus & vi latus per os prodit & exit. Membra'que etiam articuli've & iuncturæ ante febres resoluuntur: nerui nanque tepefacti distant & laxantur: cum vero sanguis vnà coactus & congregatus concaluit, spiritus qui sanguinem refrigerauit, rursus calefit, qui calore superatus ignescit accẽditur've, corpus'q; totũ validius calefacit, sãguis'q; eũ

coadiuuat. Præterea quod accen-
ſum & ignitum erat, liqueſcit, ſpi
ritus'que inde fit, quoad corporis
meatus prorumpente, ſudores gi
gnuntur. Spiritus enim cum con-
ſiſtit, in aquam vertitur, per mea-
tus'que prodit, quẽadmodum de
feruentibus aquis vapor. Si vero
durum quid offendit, craſſeſcit dẽ
ſatur'que, guttę'que prorumpũt.
De corporibus illis quibus ille va-
por impegit, dolores labores've
capitis vna cum febre fiunt, quod
ſanguis anguſte prodit & perme-
at. Spiritus enim completur, qui
cum multus eſt & calefactus, do-
lorem capitis facit. Nam ſanguis
calidus cum ſit, coactus vi, celeri-
ter per viam anguſtam tranſire
nequit: multa enim impediunt &
ſiſtunt, propterea etiam tempora
pulſant: febres ergo ſicuti dixera-
mus fiunt, vna'que cum his dolo-
res morbi'que cæteri. Sin autem
conuoluoli dolores've tenuis &
ieiuni inteſtini, ſeu heilei cõuolu-

cra've alia, tormina've siue trophi confirmata'que alia, spiritus flatus've in caussa esse cunctis patere reor: nam horum omnium caussa est spiritus discursio. Qui cum in locos tenellos, non consuetos, non tactos aliàs perrupit, veluti telũ aliquod sagitta've penetrat, hæret infigitur'que, & per carnes perrumpit, pręcordia quandoque & ilium vtran'que partem petit. Foris propterea fomentis calefacientes, dolorem laborem've lenire nituntur: calore nanque rarefacto corpore, spiritus fomenti ipsius dolorum aliquam requiem facit.

Quis forsan dicat, quo nam modo profluuia destillationes've ꝓpter spiritus fiunt, quemadmodum've sanguinis eruptionum, q̃ circa pectus in pectore've fiunt, hoc caussa est, puto me & hæc propterea tum fieri demonstraturum: cum venæ capitis, spiritus aeris've cõplẽtur, primo quidem caput spiritu vehementer grauatur physa'

ve īſita, poſtea ſpiritus per ſangui nem propter viarū anguſtiā, vo= lutat, ſanguinisq; tenuiſſima pars p venas exprimit, quę liquida hu= mida've cum multa in vnum co= iuit, per cęteros meatus fluit quo= que'corporis ſic coactum perue= nit, morbus eo ſiſtitur gignit've. Cum autem hęc moleſtia labor've speciē aciē've oculorum petit, ocu li laborant: ſi aures auditiones've, morbus & illic gignitur: ſi nares, grauedo mala, pituita deſtillatio'= ve fit: ſi pectus raucedo pręfocatio 've creatur. Nam pituita humori bus acribus comiſta quocunq; pro rumpit, loco; non conſuetos lan= cinat vlcerat've. Si fauces cum tenellæ ſint hęc deſtillatio petat, eas exaſperat. ſpiritus enim cum per fauces exit & ſpiratur, de pe= ctore venit, eodē'q; itinere redit. Cum vero hęc deſtillatio defluctı= o've ſpiritui progredienti occur= rit, tuſſis ſupergignitur, pituita'= que ſuperne reiícitur, quas ob cau

ſas fauces lancinantur, vlcerātur, exaſperantur, calent, quæ calefactæ de capite humorem trahunt, caput vero de reliquo corpore trahens & ſumens his præbet. Cum autē deſtillatio rheuma'ue ſic defluere conſueuit, meatuſ'que tanquam cananiculi tubuli'ue currunt & perfluunt, pectori dedunt: pituita vero cum acris ſit, in carnem prorūpēs vlcerat, venas'que refringit. Cū autē ſanguis alienū locum perfundit, ſi illic moratur, putreſcit, pus'que efficitur, quod neque ſupra redire poteſt, nec infra deſcendere. Supra nanque facilis via non eſt, cum accliuis ſit, cum'que res humida liquida'ue ſit, grauis penitus'que alia quàm prius fuerat: deorſum vero tendere ſeptum pręcordiorum vetat, quoniā deſtillatio ſine ſpiritu reuulſa reſciſſa'ue ſcinditur dehiſcit'ue. Quæ autem vel ſponte ſua, vel propter dolores labores'ue refringit reuellitur'ue, ſpōte quidē ſua

cum ſpiritus venas penetrat, ſanguinis'que locum meatibus angustum facit. tunc enim ſanguis coactus & compreſſus cum multus eſt, qua maxime procumbit, meatus frangit, qui cum multus eſt, prorumpit, dolorem'que facit, ſpiritus'que venas complet: nam locum affectum, & laborātē ſpiritū continere neceſſe eſt, cætera'que ſuprascriptis ſimilia fieri. Sciſſuræ vero cunctę fragmēta've propterea fiunt, cum aliqua vi carnes inter ſeſe diſcedunt & diſtant, quam diſtantiam ſi ſpiritus intrat, dolorem facit. Si vero per carnes ſpiritus diſcurrat, corporis meatus rarefacit. Nam vnà cum ſpiritu humiditas penetrat, qua corpus madeſcit, quo madefacto carnes tabeſcunt & ſubliqueſcunt tibiæ tumeſcūt, malum'q; gignitur, quod aquæ ſubter cutem hydropos've dicitur. Quod autem ſpiritus morbi huius cauſſa ſit, maximum hoc argumentum & ſi-

gnum eſt. Nam cum quidem ma
le perniciosé've habentes ſubluiſ-
ſent, multa aqua exiuit: quę cum
ſpiritus tumeſceret, multa videba
tur: cum vero ſpiritus diſceſſit,
pauca minor've remãſit, ſicuti vi
debatur, cum tamen eadem eſſet.
Signum præterea huius rei & a-
liud hoc eſt, qđ cum quis ventrem
penitus euacuauit, vix tres dies
prætereunt, cum rurſus comple-
tur, quidnam aliud compleuit niſi
ſpiritus ventus've? Quid enim
aliud tam citò compleſſet? cum
non multum comederit potauerit
've: qui etiam nec carnes cũ tabue
erit, ſolum'que oſſa, nerui, venæ,
fibrę remanſerit, cauſſa poſſunt eſ
ſe, tantum'que replere. Cauſſa er-
go ſubter cutem aquæ hydrops'-
ve dicta iam eſt. Siderationes au-
tem guttæ've, ſeu apoplexiæ ſpi
ritu etiam fiunt. Nam cum ſpiri-
tus multus & frigidus carnes pe
netrat, quæ corporis ſenſilia non
ſunt, corpuſ'que totum pertentat,

hominem totum fiderat percutit 've: fi vero partem eam fiderat & percutit lædit've, cum'que spiritus discessit, morbus cessat: cũ permanet, & morbus permanet, cum vero sic habent, crebro hiãt. Morbum etiam qui sacer comitialis've dicitur, mihi videor & hoc præbere seu spiritum & hunc gignere. Quibus autem rationibus persuadear, ĳsdem audiẽtes persuadere conabor. Puto quidem eorum quæ in corpore sunt, nihil magis ad prudentiam facere & constare, quàm sanguinem, qui dum in sua figura persistit & permanet, prudentia etiam permanet, quo permutato, prudentia etiam permutatur & procidit. Quod autem hæc sic habeant, multa testantur. Primum quidem somnus qui cunctis viuis communis est, suo testimonio superius dicta confirmat: qui cum corpori subrepit, sanguis refrigeratur. Somnus enim suaptę natura frigidus est &

frigefacit:ſanguine vero frigefa-
cto, tardius per meatus & mēbra
diſcurrit. Quod hinc patet. Cor-
pora enim tunc grauata deponun
tur. cuncta enim grauia terram
& ima petunt. lumina'q; oculi've
accenduntur, prudentia variatur
& altera fit: pręterea quędam opi-
niones, viſa & imagunculæ per
ſomnum diuerſantur, quę quidem
inſomnia vocitantur. Qui & per
temulentiam, cum ſanguis repen
te creſcit, animi prudentia conci-
dit, prudentiáque animi cogitata,
præſentium'que malorum obliui-
ſcuntur, & futura bona fore ſpe-
rent. Multa præterea poſſem di-
cere, per quę ſanguis permutatus
prudentiam quoque, ſenſum &
mentem variauit & permutauit.
Si quidem ergo ſanguis penitus
perturbatur, ſenſus, prudentia &
mens penitus perit & perditur,
nam affectus, perturbationes &
paſſiones & agnitiones, quædam
conſuetudines ſūt. Cū vero de mo

re consueto consuetudine'ue di-
scedimus, sensus, mens prudentia'
ue nobis tollitur. Quamobrem di-
co sacrum morbum comitialem'-
ue sic fieri, Cū spiritus multus per
corpus totum & sanguinem cur-
rit & miscetur, multifariam venę
sepiuntur & obturantur, cum'q3
spiritus multus aer'ue crassas ve-
nas, multi'que sanguinis prorupit
& petiuit, illic'que remansit, san-
guis prodire & discurrere prohi-
betur, hac quidem permanat, hac
vero lãguide & tarde prodit, hac
celerius. Dissimili vero sanguinis
via per corpus facta, dissimilitudi
nes quoque multæ per corpus fi-
unt: corpus enim totum vndique
contrahitur & afficitur, partes'q3
corporis, sanguine turbæ huic &
commotioni subministrante, per-
turbantur, sanguinis'que diuersa-
tione, corporis vndique diuersa-
tiones fiunt, tempore'que hoc sine
rerum omnium sensu sunt, surdi
eorum quæ dicuntur, ceci eorum

quæ fiunt,dolores'que nullos sen=
tiũt. Spiritus enim aer've sic cõ=
motus & perturbatus sanguinem
commouet & coinquinat & infi=
cit.Spuma vero per os nõ ab re di
scurrit,spiritus enim aer've cum
faucium venas penetrat,ipse qui=
dem exit, sanguinis'que tenuissi=
mam partẽ secum educit: quæ cũ
liquida huda've sit,albescit versã
do commiscẽdo've: per membra=
nas enim tenues spiritus aer've cũ
exiuit purus & syncerus,albus cõ
paret,propterea'que spumæ om=
nes albæ sunt & videntur. Quan
do autem qui hoc morbo corripi=
untur,molestia hac liberantur, di
cam.Cum laboribus his corpus ex
ercitatum & vexatum calefit,san
guis etiã calefit, qui calefactus spi
ritus calefacit: qui calefacti dissol=
uũtur, sanguinis'q; statum consi
stentiam've dissoluunt, qui parti
cum sanguine, partim cũ pituita
prosiliunt, spuma'q; non amplius
feruente, sanguine'q; cõsistente,

quieteque & tranquilitate facta in corpore, morbus cessat & sedatur. Spiritus ergo per hæc omnia modis multis morbi huius caussa potius esse videntur, cætera vero cuncta cum his & post hos aliquid caussari, siue caussam aliquam præbere. Quamobrem cum hoc morborum caussa sit quod demonstrani: nam morborum caussã me demonstraturum promiseram, spiritumque & in his, & in aliĳs rebus multis, & in animalium corporibus multum posse demõstraui, sermonemque ad morborum & ægritudinum notionem produxi, quæ veram & patentem caussam & materiam haberet. De morbis autem ægritudinibusque cæteris si dixissem, longior quidem oratio fuisset, nihiloque minus verior, sed cui minus fidei haberetur.

HIPPOCRATIS DE CARNIBVS LIBER.


Omniunibus equidē ſententĳs &opinio-nibus, tū eorum qui priusfuerūt, tū meis hactenus vſus ſū: nā neceſſe fuit cū de medica arte tra-ctaremus, principiū cōmune pluri morum ſententĳs & opinionibus proponere. De cœleſtibus autem rebus & ſublimibus mihi nihil di-cendum videtur, niſi quatenus ho mines, animalia'que cætera, quę in terris degunt & gignuntur, na ta've ſunt, principium & originē inde habere demonſtrabo: quod'-que anima de cœlo eſt, quod'que dolere, languere, mori, quic-quid'que boni mali've in homine eſt, de cœlo profiſciſcitur: nunc ve ro ſententias opinones've meas pa tefaciam. Profecto mihi videtur illud, quod calidum calorem've dicimus, quid non mortale eſſe, cūcta'q; ſentire, itelligere, videre audire, præſentia præterita'q; & futura nouiſſe. Quod cū plurimū

omnia perturbata confusa'que fo-
rent, ab cæteris sese separauit &
seiunxit, supremam'que circinati-
onē circulum've petiuit, quod pri
sci mihi videntur æthera nomi-
nasse. Pars autem altera, quæ ter-
ra dicitur, locum infimum sibi pe-
tiuit & elegit, quæ siccum quid &
frigidum est, plurimum'que mo-
uetur & agitatur, quæ tamē quā-
doq; multum calefit. Tertia vero
pars, quę spiritus aeris've nomen
nacta est, medium locum cœpit, q̄
calidum & humidum quid est.
Quarta vero pars, quę humidissi
mum & crassissimum est, terræ lo
cum proximum occupauit. Cum
hæc autem terram circundent, i-
ter sese'que commoueātur coagi-
tentur & conturbentur, terram
quandoque multū calefaciunt: sed
alibi multum, alibi parum. Tem-
pore vero procedente, calore ter
ra siccefacta, q̄ in ea remanserūt,
putredines quasdā tanquam tuni
culas contrahunt, quę multo tem

pore calefacta, quicquid putredinis terræ remansit, quod pingue & humidũ aliquatenus esset, subitò perustum est, & ossa fecit. Quę vero magis glutinosa fuerunt & frigidi frigoris've participantia, calefacta peruri nõ potuerunt, nec etiam frgido frigore've refrigerari: peculiarem ideo, cæteris'que non similem figuram sibi sumpserunt, neruos'q validos fecerunt, non enim in eo multum frigidi erat. Sed venæ plurimum frigidi habuerunt, frigidique huius quoquò versus, siue circumqua'que glutinosissimum quod fuit calido perustum, membrana & cutis effectum est: frigidum vero quod erat, calido superatum dissolutum est, propterea'que humidum liquidum've remansit & factum est. Simili'que modo fauces superior vẽtriculus stomachus've venter, intestináque ad anum vsque caua sunt: nam frigido continenter calefacto, glutinosum illud

quod circundederat, mẽbrana tã-
quam tunica circumamiciuit: hu-
midum vero, quod intus fuit, cum
in eo non multũ pinguis glutino-
si'que esset, superatũ, humidũ liqui
dum've factum est. Simili ratione
& vesica facta est: nam frigidum
multũ, quod circũdabat cũ remã-
sisset, calido calefactum, dissolutũ
est, humidum'que, siue liquidum
euasit: vtpote cũ nihil ĩ eo pĩgue
glutinosum'que esset, quicquid cir
cundabat, tunica factum est, caua'
que cætera modum eundem ha-
bent. Vbi autẽ plus glutinosi quã
pinguis fuit, membrana sicuti tuni
ca factum est: vbi vero plus pin-
guis quam glutinosi fuit, ossa factũ
est: quorũ hæc ratio est. Vbi quid
glutinosi non inest fuit've, pin-
guis autem & frigidi multum,
citius propter pingue perustum
est, ossa'que durissima, siccissima,
asperrima, morosissima, cõpactis-
sima facta sunt & fiunt. Vbi ve-
ro pingue glutinosum'que pari ra

tioe modo ineſt, hinc oſſa caverno
ſa, caua, fiſtuloſa'que gignuntur.
De his quidem ſic habet, frigidum
quidem conſtringit, calidum ve-
ro diſpergit, longo'que tempo-
re & ſiccefacit: vbi quid pĩguis in-
eſt, citius his perurit & perſiccat,
vbi quid glutinoſi cũ frigido ſine
pĩgui ineſt, nõ vult nõ poteſt've,
ſiue non conſueuit peruri, ſed tem
pore calefactũ cogit̃ conſtringi-
tur've. Cerebrum quidem frigidi
glutinoſi'q; ſedes, arx & metro-
polis eſt: calidum vero pinguis ſe-
des, arx & metropolis eſt: quod ca
lefactum primũ omnium diffundit̃
& pinguefacit. Cerebrũ propter
hoc, quod pinguis minimum habu
it, glutinoſi vero plurimum, cali-
do peruri non potuit, ſed tempo-
ris ſpacio mẽbranam ſicuti tunicã
ſumpſit: circa vero mẽbranã hãc
oſſa ſunt, quatenus calidum ſupe-
rauit, & in quibus pinguis aliquid
inerat. Medulla vero ſpinę de ce
rebro deſcendit, pluſ'que pinguis

quã glutinosi in ea non inest, quem-
admodum nec ĩ cerebro, propter-
ea medulla vere dici non potest.
Nam cæterorum ossium medullæ
similis non est, membranã tunicã
've sola habet, cum illa non habe-
at. Clarius præterea signum dabo.
Si quis neruosa glutinosa've, cęte-
ra'que similia torreat, vstulet de-
coquat've, non vstulantur, nec de
coquũtur, pinguis enim minimũ
habent: cætera vero quàm primũ
& vstulantur & coquuntur. Nam
crassum & pingue celerrime per-
ustulatur, assatur, coquit, & igne
consumitur & liquescit: sic & in-
testina mihi constare vident. De
venis autem prius mihi dictũ fuit.
Cor autẽ plurimũ glutinosi & fri-
gidi habet, quod calido calefactũ,
caro glutinosa, solida & dura fa-
ctum est, membranulam'que cir-
ca habet, cauum'que est non sicu-
ti venæ, cum venarum cauarum
magnarum've caput sit & origo.
Nam duæ cauę venę mangnæ've

de corde proficiſcuntur: quarum vna dicitur arteria, caua altera & magna vena eſt, q̃ cordi cohęret. Cor plus calidi habet quã caua vena, ſpiritus'que cõceptaculum, caſtellũ, & penus eſt, quæ duę venę plurimas alias p corpus ſpargunt. Quę aũt valde caua eſt & magna cordi'que cohæret, per præcordia ventrẽ totũ currit, & in vtroſque lumbos, renes, coxendices ſcinditur, partes'q; alias petit, crus'q; vtrunq;, quin & ſupra cor ipſum, & in vtrãq; ceruicis partẽ immittitur, in caput'q; reflectitur, ac in vtraq; tẽpora ſcindit. Poſſet quis & magnarum venarum numerũ recenſere: ſed vti vnico verbo dicatur, plurimæ venæ per corpus totũ ab arteria & caua vena ſparguntur. Cauæ valde maximę'que ſunt illæ venæ, quæ cordi, ceruici, capiti cohęrent, ſubter'que cor ipſum coxendices petunt. Plurimum vero calidi & in corde & in venis propter hoc ineſt: cor enim

cum omnium quæ in corpore sũt calidissimũ sit, spiritum in sese cõtinet, habet'ue. Quod autem cor spiritus' q; eius calidus sit, quisque facile deprehẽdat: cor enĩ & venę semper mouenẽ, & agitãtur, calidi'que plurimum in venis ꝑpter hæc est, quod cor spiritum habet, trahit & continet, calidissimum' q; omniũ est, quæ in homine sũt. Est & alio modo hanc rem cognoscere. Si quis ignem accendat cum ventus in eum flat, flãma vapor'que eius calidus mouetur, agitaẽ, sentitur modo plus, modo minus, sic' q; cor venęq; modo plus, modo mouenẽ minus & agitantur: cũ autem ventus nullus flatus'ue ignẽ agitat & mouet, nihil mouetur. simili modo hoc in nobis fieri cognoscere possumus. Præterea frigidum frigus've calidi caloris've nutrimẽtum est, puer'que siue fœtus cum in matris vtero est, labijs clausis sugit & attrahit de matris vulua locellis've nutrimentum,

ſpiritum'que cordi præbet & im-mittit: qui quidem calidiſſimus in puerulo eſt, cum'que mater ſpirat reſpirat've: calidum calorem've motum'que corpori, cæteris'que eius membris omnibus præbet. Si vero quis petat quo pacto quiſquã hoc ſciat, quod puerulus in matris vtero hoc agat? quis hoc reſpondeat, quod pueruli, cum in lucem dantur & æduntur, ſtercus in inteſtinis habere viſuntur, ſimul'q; ac æditi ſunt, oletant tam pueruli quàm brutula animantia. Quod ſi non eſſet, nunquam, cum primũ puerulus natus eſt, matris mammam ſugere ſciret, niſi hoc in matris aluo didiciſſet. De cordis q̃dẽ & venarũ motu ſic habet. Pulmo vero cordi ſic additus eſt. Quantulumcũ'que humidi humoris've glutinoſiſſimum inerat cor calefaciens quamprimum deſiccauit, quod tanquam ſpumam ſpongiam've, caruenoſũ fiſtuloſum've reddidit, venulas'q; plures, per cũ

ſparſit, vti quicquid frigidi frigo
ris´ve ĩ glutinoſo eſſet, calido calo
re´ve liqueſceret, humidũ´q́ liqui
dũ´ve redderetur, quod´q́ de glu
tinoſo remaneret, tunica pellicu=
la´ve fieret. Iecur autẽ hoc modo
cõſtitit. Cũ calido calori ve multũ
hũidi liquidi´ve, ſine glutinoſo pĩ
gui´que remanſiſſet, frigidum´que
calidũ ſuperauit, qđ ſeſe cõpegit
cõſtrinxit´ve, cuius rei ſignũ ar=
gumẽtum´q́ hoc ſit mihi. Cũ quis
ſacrã victimã hoſtiam´ve mactat
iugulat´ve, ſanguen, donec ea cali
da eſt, liquidum defluit & manat:
cũ vero frixit, coit & conſtringi=
tur. quod ſi quis agitet, nõ coit: fi=
brę enĩ quædã frigidæ glutinoſę
´q́ in eo ſunt. Lien vero ſplen´ve
hoc pacto ſurrexit cõſtitit´ve. Cũ
calido glutinoſo´q́ calidi quidem
plurimũ, frigidi vero puſillũ in eo
remanſit tantũ quantũ glutinoſũ
cogeret & cõſtringeret, qđ ſunt
fibrę, quæ ĩ liene ſunt, ꝓpter quas
liẽ mollis eſt fibroſus´q́. Renes ve

ro sic contumuerunt & constiterũt. Pusillum glutinosi, sed calidi, frigidi'que non parum remanserat, quod frigidum compegit & strinxit, durissimum'que & densissimũ omnium intestinorum factum est. coloris'que rubri pusillum restitit, quod caloris calidi've non multũ remansit. Carnis quoque ratio eadẽ est. Frigus frigidum've in vnum conuenit & coiuit, carnem'que fecit: glutinosum autem in foramina cauernas'que abiuit, in quibus tanquam in magnis venis humidum degeret. calidum autem corpore toto spargitur, tantum'que frigidi inest, quantum humidum & liquidum cogat, quod calore calido've tamẽ superatur dispgitur'que. Quod aut humidum calidũ sit, hęc est demõstratio. Si quis corporis partẽ, quamuis secet scindát've sanguen calidum liquidum 'que donec corpus calidum fuerit, defluet: cũ autem suo, qđ inest, & eo, quod extra est & venit, frigo-

re frigido'ue perfrigeratur & perflatur, corium membranam'que superducit & superinduit, quam si quis demat, quiescere'que aliquantisper sinat, statim alteram creari, surgere'que videbit: sic'que si quis crebro faciat, frigus frigidū've semper tuniculam superinducet. Propterea vero plura de hoc dixi, vti demōstrarē summā & extremam corporis partē præ spiritu & aere frigore'que & ventis prorumpētibus & spirantibus, pelliculā necessario superinducere. Sic & articuli iūcturę ve superadditi sūt. Cum autem ossa consriterunt, quę horum pīguia fuerant, statim per usta sunt, quemadmodum supra dictum fuit, quicquid autem horum glutinosum fuit, peruri non potuit, sed inter perustum deficcatum'que remansit, nerui'que calore sputum mucus've factus est: mucus vero, quatenus glutinosissimum, humidissimū liquidissimū ve fuit, quod calefactū cū humidū

& liquidum esset, crassius factum est, de hoc'que sputum mucus've siue gumi redditum est. Vngues autem de glutinoso facti sunt: de ossibus enī & articulis semper q̄d humidissimum & liquidissimum stillat, quod calore percalefactum siccum glutinosum'que redditur, quod foris in vngues desinit. Dentes præterea vltimo loco gignuntur, quod de capitis ossibus, maxillarum'que pinguis glutinosi quod inest, incrementum fit & augetur, calore'que siccessit, peruritur, & absumitur, dentes'que redduntur duriores & densiores quā cætera ossa, quod in his nihil frigidi inest. Quibusdam tamen in matris locellis & vulua nutrimenti copia primi dentes gignuntur, quibusdā vero postq̄ editi sunt, & lac sugunt. Cum aūt hi decidūt, cibi potus'q; copia decidunt: siquidē cum ad primi cibi annos deuenerūt, decidunt. Est autem quibus & prius decidant, si morboso nutri

mento pullularunt: plurimis tamē cum ad ſeptē annos peruenerūt. Qui vero poſtea naſcūtur & pullulant, cōſeneſcunt, niſi morbo aliquo corrumpantur & tabeſcant. Propterea vero poſt hos alij ſuboriuntur, quod in maxillis ſolis oſſium ventriculo'que inferiore quędam venulæ ſunt, quæ nutrimentum oſſibus ſubminiſtrant : oſſa vero qualia ſunt, tale reddunt incrementum & augmentum, cætera'q; cuncta qualia ſunt, tale reddunt incrementum. Nam venæ, quæ de ventre inteſtina petunt, quo cibus & potus congerunt, cū hæc feruent, quod tenuiſſimum, humidiſſimum, & liquidiſſimum eſt, de ventre & inteſtinis attrahunt, quæ'que in ſuperiore ventriculo ſunt, cibo potu'que calefacto & feruente. Cum vero hæc de ſuperiore ventriculo ad inferiorem & inteſtina peruenerunt, commutantur, ſtercus'que redduntur: cibus autem cum eo peruenit, dat &

conseruat cui'q; eam figuram for mam've, quam habuerat. Nam ci bo potu'que singula perrigata cre scunt & augentur, calidum, frigi dum, pingue, glutinosum, dulce, amarum, ossa'que & cætera cun-cta, quæ in homine sunt, propter hoc dentes vltimi gignuntur. Di ctum vero mihi & prius est, ma-xillas solas ossium venas habere, propter hoc nutrimenti plus quã cætera ossa trahũt, queq; nutrimẽ ti plus hñt, fluorẽ multũ etiã hñt, fluctionẽ've simul, nutrimentum 'que & incrementum tale pari-unt, qualia & ipsa sunt. Puer'que eatenus sanus degit & adolescit, quatenus eius incrementum, & a-dolescentia cõparet, dentium'que maximi tunc nascuntur, cęteri'q; cuncti cũ deciderũt, renascuntur. qui'que multo nutrimento matris in locellis nati fuerant. Puer vero quisq; ad tertiam vsq; ad septima nam annorum hebdomadâve cre scit & adolescit, post hanc autem

ad quartã vſq; & quitã iuuentus eſt. quarta vero ſeptimana duo dẽtes pleriſq; naſcunt, qui prudẽtię ſophroniſteres'ue dicunt. Capilli vero ſic gignunt. Quicquid glutinoſi habent oſſa, quę cerebrũ circundant, vnde hoc incrementum proficiſcitur: quemadmodum & ĩ neruis fit, cutem verſus penetrat, & os frutificare facit, ſed in eo glutinoſo nihil pinguis ineſt: nam ſi ineſſet, calore peruretur & conſumeretur. Quis forſan mirabitur cum in alis, pectine, corpore'que toto, vbi glutinoſi nihil poteſt eſſe, multi pili naſcantur, quo pacto verum hoc eſſe poſſit. Tamen omnino ſciant, vbi pili ſunt, quid illic glutinoſi eſſe, modo'q; ſimili calore adiũcto pilos fruticare. Prętereavero quiſq; hoc modo audit. Cum vocis ſonitus, reſonantia, & ſtrepitus, capitis os durum, ſiccum ſaxo q; ſimile, quo aurĩũ foramina tendunt, quod cauum, cauernoſũ fiſtuloſum'q; eſt, percutit, ſua du-

ritia resilit, resonat'que. Pellicula tamen tenuis, telæ'que aranearum similis, auditioni loco've audiendi os versus prætenditur, quę cuiusque alius pelliculæ siccissima est. Multa quippe signa & argumenta dari possent, dura siccáque resonare, quæ cum maxime resonant, tunc maxime audimus.
Quidam vero cum huius rei naturam scriberent, cerebrum esse, qđ resonaret, dixerunt, quod nullo modo fieri potest: cerebrum enim humidum est, membrana'que tunicula've humida crassa'que circumuoluitur, quam capitis ossa circumsepiunt. nihil enim humidum, sed siccum resonat, facultatem'que audiendi facit. Cerebrum vero cum humidum sit, odorandi facultatem præbet. Odorem enim cum rerum siccarum spiritu & aere per gurgulionem, qui & ipse siccus est, ad sese trahit, & ad cauas nariũ partes remittit, quem nulla caro,

nullum os impedit, sed cartilago quædam tenera spongiosa'que p- cutitur. Cum nariũ caua sicca sũt: tũc maxime melius'ꝗ rerum sic- carum odorem capiunt, nullum au tem aquæ nisi putrescat, quoniam cerebro humidior est: nam aqua cę tera'que cuncta putrefacta crasse- scunt. Cum vero nares humescũt odorem nullum sentiunt: nullam enim spiritus aeris've partem tũc ad sese trahunt. Modo simili, cum cerebrum humoris pluscu lum tra xit, in palatum, fauces, pulmonem reliquum'que ventrem & corpo- ris alueum reiectat, quod homines ipsi sentiũt, sese'que humorem de capite in has partes aiunt sentire, cum defluit, corporis'que etiam cę teras partes fluctio illa destilatio'- ve petit, calor'que inde fugatur. Quisque præterea videt, quod de cerebri membrana duæ venu- lę in oculos per vtrius'que oculi os penetrant, quæ humorem tenuis- simum glutinosissimum'que tan-

quam per collum ĩ oculos mittũt, quem translucidum & perspicuũ oculi spiritu flatu've aeris membranula quadam circum vestiunt: quemadmodum & de cæteris tuniculis mẽbranulis've diximus. Plures præterea tunicula translucidæ oculis prętenduntur, quæ illis necessarię sunt. Nam hoc trãslucido & perspicuo lumen splendet, cuncta'que limpida, clara, perspicua splendent, videre'que faciunt. quod vero clarum non est, nec splẽdet, oculi nõ vident: quod autem album circa oculos est, caro est. Quæ vero pupilla acies've oculi dicitur, nigra videtur esse, quod in abdito est, tuniculę'que nigræ circumuestiunt. Tuniculas vero dicimus, quod tanquam pellicula inest, visu tamen ipso nigra non est, sed alba, translucida'q; & perspicua. Humor aũt oculi glutinosus est. nam sępe vidimus oculo diffracto humorẽ glutinosũ defluxisse, dũ'que calidus esset, liquidũ

& humidũ: cum vero refrixiſſet, aruiſſe tanquã'ꝗ thus tranſfluxiſſe tam hominum quàm bruotrũ. Oculum autem incurſãtia cũcta, vẽtos prorũpẽtes, clara cũcta ſiue in ſeſe ipſos ſint, ſiue aliunde, alio've immittãtur, trahere, reñcere, videre ꝑpterea ſcimus, quod corporis vnius eſt & coloris, quemadmodum os vultus've, lingua, ventriculus, aluus quæ humida eſt. Loquitur etiam quiſque ſpiritu flatu've, quem corpus omne ad ſeſe trahit, plurimam'que partem ad eius caua, quod foris vanam ſonitum facit: caput enim roboat & ſuper intonat, lingua vero componit, fingit & articulat, quod faucibus inhærens, ſepiens, palatum'que percutiens & dentes claram reddit vocem & verba. Nam lingua niſi hoc faceret, nunquã quis clare loqueretur, ſed oĩa ſuapte natura, voce vna & loquela ſimili eſſent. Muti'que qui naſcuntur teſtimonio huic rei ſunt &, qui loqui

nesciunt & non possunt, sed vnã solam, similem'que vocem emittũt. Nec, si quis spiritũ emittens loqui conaretur, posset: quod homines qui clara & alta voce loqui volũt, demonstrant. Spiritum enim flatum've foris trahunt, foras'que trudunt, claraque, magna & alta voce loquuntur tãquam spiritus ipse resonet, deinde vox sensim decrescit marcescit've. Simili'que modo cãtores citharœdi've cum illis opus est clarius & altius canere, spiritum intro summopere trahunt & colligunt, plurimum'que pronunciationem intendunt, sic'que clara, magna, & alta voce resonãt canunt've, tanquam spiritus ipse recinat resonet've: cum vero spiritus defecit, cessant. quĩ ex his clarũ est spiritũ esse quĩ loquatur & resonet. Quandoque enim eos vidi, qui se penitus iugulassent, gurgulionem guttur've totum secassent, qui etsi viuerent, nihil tamẽ loquebantur, nisi quis gurgulio-

nem obturasset, sic'que loqueban-
tur. Clarum autem & hoc est,
quod gurgulioñe gutturé ve seca-
to spiritus foris ad caua loca trahi
non potest, quinimo foras exilit
illo secato. De voce quidem, pari-
q; modo, & de locutione sic habet.
Hominis vero spacium tempo-
ris in matris vulua & locellis con-
formandi septem dierum est. Cum
primum enim genitale semen in
vuluas locellos've deuenit, septẽ
diebus habet, quod corpus habere
debet. Quis fortasse miretur qui
hoc sciã? De scortis multa hoc mo
do vidi, didici'que. Nam quædam
publicæ meretrices, cum viri sese
inierunt, sæpe'que scire student,
quando conceperunt. quod cum
resciuerunt, perdunt: quod cum fe
cerunt, caro quædam inde salit,
quam in aquam si mittas, illic'que
contempleris, membra cuncta ha
beri deprehendas, oculorum'que
loca, nasus, aures, manus, & earũ
digiti, pudenda, genua, poplites,

crura pedes & eorum digiti, cor=
pus'que totum clare perſpicitur.
Peritis etiam harum rerum fœmi
nis liquido clarum fit, cum conce=
perint. Nam confeſtim horrent,
calefiunt, dentes infrendunt, om=
nes'que articulos cõuelluntur, cor
pus'que totum, & vuluam tremor
& torpor inuadit. Quod illis ca=
dit quæ puræ, bilioſæ, & non hu=
midæ ſunt. Si quę vero craſſæ, mu
coſæ, ſtupidæ ſunt, plurimæ hoc
non ſentiunt, nec patiuntur. Hæ
quidem hoc mihi demonſtrarunt.
Multa præterea me vſus docuit
per me'que didici. Clarũ & ex hoc
eſt, quod hominis in vtero confor
mandi tempus ſeptem dies ſunt.
Si quis ſeptem dies nihil comedat,
nec potet, plurimi quidẽ his die=
bus moriuntur, nõnulli tamen vl
terius procedunt, nihilo tamẽ mi=
nus pereunt, nonnulli etiam vti ſu
perſint & viuant, veſcendo potã
do'que conantur, ſed ventriculus
amplius non admittit: his enim di

ebus clauditur & cohæret, quare, & hi moriuntur. Eſt etiam & ex hac re hoc coniectare, puerulus fœtus'ue ſeptimo menſe in lucem ſi ædatur, viuit, habet'que ratio= nem & numerum vere & exacte ad ſeptimanas reſpondentem: mē ſe autem octauo nullus vnquam vixit, ſed nono decimo'que men= ſe ſi naſcatur, & viuit, & verum numerum ad ſeptimanas reſpon= dentem habet. Quatuor enim ſe= ptimanarum decuriæ, dies ſeptua ginta & ducenti ſunt. ſed ad ſepti manarum decuriem dies ſeptuagī ta deſunt. Septimanus præterea partus tres ſeptimanarum decuri as habet, tres autem ſeptimanarū decuriæ, decem & ducenti dies ſunt. Morbi quinetiam grauiſſimi ſic hominibus fiunt. Quibus enim diebus morbi decernunt languen= tes iiſdem vel pereunt, vel ſane= ſcunt, tertianæ vero diebus vnde= cim, vna & dimidia ſeptimana, quartanæ ſeptimanis vndecim,

quintanæ duodeuigintidiebus se-
ptimanis duabus & dimidia. Cæ-
teri vero morbi non adeo præ-
noscuntur, vti quoto tempore lā
guentes sanescant, prædicatur.
Sic etiam habēt & capitis magna
vulnera, cæteri'q; corporis quar-
tana quarto've die inflammari in
cipiunt, septimana vero duo've
deuiginti quatuor & decem die-
bus inflammatio cessat. Si vero
quis diligenter curetur, tempore
'que hoc magnorum capitis vul-
nerum inflāmatio nō cesset, homi
nes hi moriuntur. Quinetiam for
tè quis non peritus & hoc mire-
tur puerulos septimo mense nasci:
quod ego sæpius vidi: quod si fortè
quis neget, obstetrices, quæ pariē
tibus adsunt interroget, hoc'q; ve
rum esse sciet. Est autem & aliud
argumentū. Pueri dētes āno septi
mo vel paracto complent: sunt au
tem ratione & numero septimana
rum decuriæ, sexaginta & trecen

sæ. Naturę vero necessitatē, quod horum singula in septem digerũtur, alias dicam.

HIPPOCRATIS DE CORDE LIBER.



Or autē figura metę conó ve, siue pyramidi simile est, colore autem admodum rubro purpureó ve siue phœniceo, tuniculá que tenui & leuigata circũdatur, madēti tanquam lotio, vti cor sese in vesicæ lotio volutasse putares, quod hac de caussa factum est, vti valde cũ custodia vigescat. Humectum vero est, siue humorem quantum satis est habet, quod calefacto remedium est, quod que cum de pulmone sumpsit, potauit, sorpsit, consũpsit, sicuti lotium emittit. Nam cũ quis potat, in ventriculum stomachum ve demittit, qui lagunculæ similis est, tantum que capit quantum appetimus. Sæpe tamen cum quis auide potat, in fauces & arte-

riam decurrit, quod molestat, tussiculam'que mouet, poculum enĩ si plus est quã qđ trãsmitti possit, arteriæ operculum epiglosis've reiectat. Hoc'que argumento sit: Si quis cæruleũ minium've cum aqua misceat, sitienti'q; valde ꝓpinet, porculo presertim. minime enim hoc animal cautũ est & mũdum. quem si quis statim iugulet, fauces eo pigmento poculo'que coloratas & infectas reperiet. Quare hæc manuũ actio chirurgia've non omnium est. de potu ergo nobis credendum est. Quamobrem si quis hominis fistulam gurgulionem've probe procuret, aquam porrigat, quæ si nimia sit, turbat, vexat, tussiculam'q; commouet, quę respirationi occurrit, nã quod cũ ĩpetu ĩfluit, spũs illi nõ occurrit, præsertim si secũdũ repagula spõdulas, & parietes ĩfluat, sed occursus ille læuigatã illi viã præbet, quem humoré cor de pulmone cum spiritu & aere deducit, &

attrahit, quem necessario medes
lam esse oportet, retro'que qua du
xit agere. Humoris vero huius
partem in suum culeum sinum'ue
reiectat & respuit: partem vero
cum spiritu ipso foras trudit, hac'=
que via modo've cœlum dissecat,
diuidit, scindit, cum spiritus recur
sat. Merito autem rite & iuste re
cursat: nam hęc hominem non nu
triunt. Quo nam pacto ventus &
aqua cruda cum sint, & non mitia
demulsa've & mite facta, hominē
nutriant & sustentent? Sed potius
moderamen est insiti cognati'que
affectus & passionis. Sed vti ad rē
qua sermo fuerat, redeamus. Cor
torulus & musculus est admodum
validus, non neruo, sed carnis pi=
leo & integumento: duos'que si=
nus & ventriculos vtrinque di=
uisos habet cicuitu & vallo vno,
qui sinus nihil īter sese similes sūt:
quorum vnus in parte dextera os
versus positus est, qui cum vena

vna communicat. Cor enim totũ in ſeſe redigitur, hiſ que ſedem facit & præbet: quin & hic latior ac mollior multo quàm alter, nec in vltimam vſque cordis partẽ penetrat, ſed mucro poſtremus, ſolidus & integer relinquitur tanquã foris adſutus & additus. Sinus vero alter ſuperne rectà, & contra ſiniſtrã mammam ſitus eſt: quo loco ſeſe ſaliendo pulſando ve demonſtrat. Circuitum autem & vallum craſſum habet, ſed intus tanquam ſcorbicula foſſicula ve abroditur & excauatur, cuius forma pilo mortario ve ſimilis eſt. Quin & procliue & facile pulmonem intrat, cuius circumiectus caloris intemperantiam moderatur & compeſcit. Pulmo nanque ſuapte natura frigidus eſt, quinetiam & reſpiratiõe refrigeratur. Sinus enim hi vtrique intus denſi hiſpidi ve ſunt tanquam ſubroſi & ſub excauati, ſiniſter que magisq̃ dexter: calor enim in dextro naturali

ter non est.quare mirum est sini-
strum cum intemperantiam spi-
ret, asperiorem & desiorem esse,
densitas'que hęc apposita & astru
cta est caloris roboris'que custodię
caussa. Qui sinus non patent, nisi
quis aures & caput cordis praeci-
dat: quae si praecidantur, patent.
gemina'que in singulis sinibus o-
ra sunt, crassa'que vena de vno de-
currit, quae si secetur, speciem vi-
sum've fallit. Sinus hi fontes & flu
uiorum hominis naturae profecto sunt:
hinc nanque venę per corpus to-
tum cursitant, quibus pectoris &
corporis alueus perrigatur, quae'-
que homini vitam praebent, quę'-
que si non currant & recurrant, pe
rimunt. Secundum autem venarum
scaturiginem corpora quaedam mol
lia tenera've, cauernosa fistulosa'
ve sinus obnubunt & obeunt, quae
cordis aures nuncupant, quae per-
tusae perforatae've non sunt: nam
hae non audiunt, sed quaedam in-
strumenta sunt, quibus natura

ſpiritum aerem'ue rapit. Quod figmentum optimi artificis eſſe cēſeo, qui cum vidiſſet hoc viſcus & ĩteſtinum ſolidum factitia perfuſione futurum, totum'q; attractorium fore, ſpiracula illi apposuit. ſicuti fabri argentarij caſtillis folles admouent, quibus manu agitatis ſpiritum his inijciant: quod cordis agitatio aſſidua confirmat, teſtimonium'que & argumentum his meis verbis præbet. Nam cor ſemper agitari videas & ſentias, ſuapte'que natura cordis aures modo turgēt, modo relaxãtur. Propterea dico & ſentio venulas ĩ cordis ſinum ſiniſtrum, ſpiritum mittere, magnam autem arteriam ĩ dextrum: nam quod molle tenerum've eſt, magis attrahit relaxat'que. quare nobis magis opus fuit vtilius've ſuperiacentia cordis repagula refrigerari: nã calor in dextris non eſt. Quamobrẽ non facile propter inſitum affectum paſſionem've hęc inſtrumẽ

ta suscipiunt, ne ab ijs quæ penetrant & intrant, penitus superentur. Cordis autem sermo qui restat remanet've, membranæ tunicæ've non apparentes sunt, opus & negocium maxime amandum, necessarium & vtile. Nam quædam aliæ membranæ & tuniculæ in cordis ventriculis & sinibus, sunt similes araneis, q̃ prætenduntur & cingunt vndi'que cordis ora, solidam cordis partem petentes & permeantes, quæ mihi videntur tenores & robur visceris huius esse, vasculorum'que eius & instrumentorum, principium'que magnis venis & ahortis præbere. Quarum par vnum foribus tanq̃ tormentum & machinamentum quoddam apponitur, tres'que membranæ sommo tenus, vti dimidia circuli pars, his adhęrent, quas attente si quis perspiciat, mirabitur, quemadmodum ora magnarum venarum ahortarum've finem'que & tran

sitũ claudãt. Cor'q; mortui si quis gnarus perspiciat, veterem ornatum & situm demat & reclinet, hæc deprehendet. Præterea humor aqua've, flatus tumor'q; ĩ cor non penetrat, quod sinistræ partis magis est: nam illic rite, verius firmius'q; hęc natura molita est. Mẽs nanque, sensus & ingenium hominis in sinistro cordis sinu ventriculo've positus est cætere'q; animæ hic imperat. Cibis autem & potu qui de ventriculo veniant non alitur, sed puro calido'que fotu, qui sanguinis defecatione veniat, cæteris'q; nutrimentum prębet subministrat've: quod de ijs quæ ꝓxime sanguinem tangunt, sumpsit splendorem, & radios inijciens, distribuens'que, ceu de vẽtre intestinorum nutrimentũ, hoc'q; naturaliter, ne qua've mor a cibis illic fiat, ne've in arteriã deerrẽt, iter illud clausit. Nam magna arteria ventrẽ & intestina pascit, cibo que & victu non primario & priã

cipali farcit. Quod vero sãguine
qui videtur, magna arteria nõ a=
latur, ex hoc patet. Si compacto,
congelato', mortuo've animante
animali've finister cordis ventri=
culus aperiatur, sine sãguine repe
rietur, nihil'q; in eo prẹter saniei,
flauẹ'que bilis aliquantulum, mem
branẹ'que iam dictẹ comparebũt.
Parua autẽ arteria, cordis'q; dex=
ter sinus sine sanguine penitus nõ
sunt. Meo quidem iudicio vas hoc
intestinum've, seu instrumẽtum
membranis originẽ præbet. Præ=
terea quod de dextro fertur cum
membranarũ concursu & hoc qui
dẽ cõiũgit, sed ꝓpter ĩbecillitatẽ
nõ valde penetrat, sed ĩ pulmonis
sanguinem aperitur, vti his alimẽ
tum prẹbeat & subministret, clau
ditur'que in cor, sed non peni=
tus & tam cito, vti spiritus aer've
penetret non valde multus: calor
enim hoc loco: frigoris opera su=
peratus, validus non est. Sanguis
enim suapte natura calidus nõ est

nam aliud nihil est, quã aqua, sed calefit. calidus tamen suapte natura plerisque esse videtur. Hęc autem de corde dicta sint.

HIPPOCRATIS DE MEDICI VVLNERARII MVNERE, CATIATRION'VE LIBER.



Vę per exordia medicus vulnerarius perspicere debet, hęc sũt Primo similia dissimilia'vene sint cum cæteris & inter sese. quę per exordia tractaturus est, maxima ne, facillima, penitus'que cognita sint, cognosci, perspici, curari've possit, quæ videre, tangere & audire licet, quæ'que visu, tactu, auditu, auditione've, naso, lingua, mente, sentire & cognoscere est. Quæ cum cognita & præuisa penitus sunt, semper sibi & omnibus patebunt. Quæ autem ad vulnerum ma

nus tractationem, chirurgiámve, medicum'que uulnerarium pertinent, necessaria've sunt, hæc sunt languens, agens, ministri, instrumēta, lumen, quoloco, quomodo, quæ, quibus, quemadmodum, quo loco, corpus, cōmoda, necessaria, tempus, modus, locus, agens, sedēs vel stans, modice ad sese, ad id qđ manu tractatur, ad lucem. Lucis autē duę species sunt, Communis, artificialis, quę in nobis est. Quarum vtriusq; duo sunt vsus vel ad lucem, vel sub lucem. Sub lucem autem exiguus est vsus, perspicua'que mediocritas. Sed ad lucem ex ea quæ adest luce'que confert, quod manu tractatur ad splendorem, perspicuitatem, lucémq; conuertere. Præterea quæ vel latere oportet, vel videre, turpe est, pacto quidem hoc, quod manu tractatur, luci contrarium sit & opponatur. qui vero manu tractat, manu tractato contrarius sit & opponatur, dum ne lucem auferat &

obſcuret: ſic enim agens videbit, quod'que manu tractatur non videbitur. Si quidem manu tractās ſedeat, manu tractati pedes parum īter ſeſe diſtātes, cōtra ſua genua ſtatuat: paulū vero ſupra inguina eius genua, cubitos autē & brachia ſuper humeros paulo ſitu, poſitione & appoſitione. Quo autem ad ſtragula, veſtimenta, lintea, facias, bene, rite, diſcrete, commode, æque, ſimiliter ſternantur, voluantur, ligentur cubitis humeris. Quod vero manu tractat̄, vel āte vel poſt, vel prope, longe've vel ſupra, vel infra, vel hinc, vel medium, tractatur. Si vero ante & prope, vel protinus & longe, cubitus & brachium eius terminus & confinium eſto. Si ante genua, quę ne permutato, præterito pręuaricato've. Si retro, ad latera coſtas've: ſi ſupra, ne māmis altius ſummas manus ſtatuito & habeto: ſi ſubter & īnfra, ne pectus īfra

ad genua habeto: si medium, summas manus brachia versus obliquato: si hinc vel inde, ne extra sedem suam, locum've pro volutationis & versationis rata portione corpus partem'que eam corporis quæ in opere est, & tractatur, promoueto, stans'que stantem & incidentem perspicito, num satis & æque pedibus vtris'que incedat stet've. Sin autem altero superincedentem læsum've cures, hoc agito, seruato'que, ne manum parte læsa moueat, agitet've, ne genua altius ad inguina tollat, cūcta 'que sede sua vti persistant, confiniáq; cætera seruato. Manu vero tractatus vel stans, vel sedens, vel iaciens, vel quàm facillime poterit, corpore parte've corporis manu tractanti subseruito, & subministrato, & obtemperato. Qui vero manu tractat, formam figuram've conseruato, subsolutionem, dilapsionem, substationem, contritionem contrariam

caueto. Qui'que manu tractatur, formam figuram've, & speciẽ manu tractati præbitione, tractatione, habitu, situ præsenti & futuro prouideto vti cõseruet. Prçterea ne vngues digitorum vertices partes've summas superent superentur've, curato, plurimum'que summis partibus pollicis & indicis vtitor, quandoq; manu tota plena, demissa, leni, placida've & subuersa, contraria'que digitorum agilitate pollicis cum medio vel indice. Quibus autem distorti læsi've sunt, nascerentur, vel cum male nutricarentur, vel alia re, ĩj hanc rem ne faciunto exercento've. Pollicem cunctis præstare clarum est. Cuncta, vna vel vtrisque manibus peragito: similes enim inter sese sunt vtrçque. Qua nam optime, rite, honeste, commode, celeriter, sine labore dolore've vtaris, tu tecum putato & considerato. Quæ nam instrumenta, qualia, quando, quo-

modo parentur, dicetur, ne tamē impedimento ſint, retardent've cum opus ſit, parata habeto, ne aliunde petantur. Qui vero corpus tractaturus eſt, miniſtrum habeto, qui cum iuſſeris, faciat paratus've ſit. Qui vero languentem circumſtabunt, partem affectam & læſam tractaturo maxime accommodent, cætera corporis ne dimoueantur, contineant, taceant, ſed illi qui præeſt, auſcultent. Præligationis autem, ſuperligationis'que duæ ſpecies ſunt. Vna quæ coarctat & impedit, quæ'que operatur, & ad rem facit. Quæ operatur, citò, ſine labore, dolore, commode, abunde perficit: citò autem abunde've, cum rem ſtatim expedit, ſine labore dolore, cum facile peragit: copioſe autem abunde've, cum ad cuncta præſtò eſt: commode vero, ſuauiter, placide, iucunde, pulchre viſu. Quibus autem exercitationibus hæc parentur, dictū eſt. Quę

coarctat, operat, optime, pulchre, honestéve facito. pulchre quidem & honeste, simpliciter, molliter, & leniter, optime vero & rite, bene discernens, separans similia paria'ue, similiter, pariter, vel dissimilia, non paria dissimiliter non pariter. Species præterea colligationis & superligationis sunt hæ. Simplex circumducta bene, rotunda've seu eucyclon similis rastro & tegumento sceparnon've, sima simon've, oculus ophthalmus've, quadrata non æque recte've, siue rhombos, qui & semirecisus hemitomos've dicitur.
Quare speciem speciei passioni'sque colligandi superligandi've accommodato. Duæ quidem species colligationis optimæ sunt, caussa quidem roboris, virium & infirmitatis, vna quæ vel compressione, vel copia linteorum fasciarum'que constet, cum sola colligatio, p sese curat, q curatis & ministris subseruit, altera. Cumque ma

ximum & potissimum sit colliga-
tio, quædam lex & modus his ad-
hibeatur: nam colligamus compri
musque ne colligata & subiacen-
tia dilabantur & rebellent, nõ v-
ti cohæreat & configatur, sed v ti
commodetur & coaptetur, quod
colligamus, non vti cogatur. Mi
nus vero media colligentur, mini
me autem extrema colligamentũ
vĩculumve seu bamna, suturãq;
rhammave nõ infra, sed supra di
stribuito, exhibitione, diuisione re
spectu, habitu, cõtinentia, colliga
tione, cõpressione. Principia vero
capitave fasciarum super vulnus
ne ponito, sed hinc vel hinc. Colli-
gamẽtũ aũt & vinculũ loco trito
frequenterve agitato: ne ponito,
ne vacuo & ocioso hæreat. Sutu-
ra vero rhãmave mollis, nec ma
gna sit. Quę loca colligenda sint,
ligamentumq; vinculũve conti
neãt, facile perspicit & congnosci
tur. Nam decliuia & acuta vincu
lum oẽ fugiũt: quemadmodum est

ſumma capitis pars, tibiæ'que inferior. Cum dextera colligas, vĩculum ſiniſtra tẽdat, cũ ſiniſtra dextera præter caput, quod recta & vnico modo colligatur. Quæ vero contraria inter ſeſe ſunt, duobus principijs capitibus've colligato, quorum vnum de ſimili ad ſimile & permanẽs ducito, quemadmodum & capitis medium, & ſi quid tale colliges. Quæ vero cerebro mouentur & agitantur, quemadmodum ſunt articuli iuncturę've, quo loco conflectuntur, quàm minima & ſtatiſſima vincula circumducito, quemadmodum eſt poples. Quo vero circumtenduntur ſimplicia & lata, ſicuti eſt patella mola've ſuper genu: præterea lubricis, mollibus tenellis've corporis partibus & multum agitatis vĩcula ſuperiacito, vti circũſtantia comprehendas, vinculum'que totum confirmes & reſumas, quemadmodum eſt genu ſuperior

& inferior pars. Capita volutæ vo lutionis've seu tegumenti solida, æqualia, syncera, discreta sunto. Quæ vero probe casura sunt citius deciďũt quàm quę contra: quare prædicta ne premito quidem, ne citius quàm opus est, decidant. Quorum autem superligatio vel subligatio tenetur & hæret, vel vtra'que, caussa'que est, ne coalescat: siquidẽ subligatio, quæ defecerunt cõpescito, quę sparsa sunt contrahito, dispergito, tortuosa cõtracta dirigito, vel contrà. Præparatio vero hæc esto, molles fasciæ, lintea've tenues, puræ, leues, latæ, sine suturis & excessu, prominentia've sanæ melius vti contineant, siccæ ne sunto, sed eo humore madescant, quo singula coalescunt, vti contingant quidem, minime vero comprimant, curato. Principium de parte sana facito, & vltra vulnus finito, vti quod subest, exugatur, nec aliud super cocat,

ſupercolligatur've. Si recta erũt, recte ſuperligato: ſi tortuoſa obliqua, tortuoſe & oblique ne moleſtet, curato, ne've premant, alienent & recrudeſcere faciant, vti cum coaleſcent ſuum locum, ſitum, figuram & formam retineant: quemadmodum ſunt muſculi, venæ, nerui, oſſa, quæ ſua naturali figura, forma, loco, ſitu, habitu, modo non laborioſo moleſto've colligato, reſumito, locato: quæ vero rebellant & recrudeſcunt, contrà. Quæ dilatantur ſpargantur've contrahito, cętera'que ſimilia ſimiliter tractato.
Quę multum relaxantur, comprimito, primo quidem paulũ, poſtea magis: terminus & ſignum eſto, cum maxime ſtringunt, premũt, ſi cum inflammatione ſunt: tangunt. Quæ nimis compreſſa cõſtricta contracta've ſũt, relaxato, ſi nõ ĩflãmata ſint, nõ. Pręparatio vero, curatio ꝗ eadẽ eſto cõtraria colligatiõe & ſupligatione: quę re

cta esse debent, si tortuosa sũt, dirigito, & cõtra cęteráq; similiter agito. Quæ loco suo discesserunt, rebellauerũt, colligatione, superligatione, conglutinatione, resũptione reducito: contraria vero, contrà. Quæ fracta sunt, linamentorum, puluinorũ lienis forma, splẽnion've, longitudine, latitudine, crassitudine, copia, multitudine've curato. Lõgitudo tãta sit, quãta est colligatio superligatio've: latitudo triũ vel quatuor digitorũ, crassitudo triplex quadrupelex've, copia, multitudo & granditas vti cum circumduceretur ne superet desit've. Longitudinem in directum vti dirigas, circumducito: latitudo & crassitudo ne desit, considerato. multa simul & aceruatim ne inijcito, multis ne completo.

Duæ sunt fasciarum colligationes subligationes've. Prima de inferna parte læsa, superne finiat. Secũda de superna parte lęsa subter definat: pars læsa maxime constrin-

gatur & comprimatur, postrema minime cætera rata portione ra-tione've. Colligatio & superliga-tio sanæ partis plurimum comprẽ-dat. Colligationum & superliga-tionum copia multitudo've, longi-tudo, latitudo, crassitudo talis esto. Copia quidem multitudo grãditas & quantitas ne minor quam læsa pars esto, nec ferulis inhęreat, nec grauet, nec circũfluat, nec emaci-et. Lõgitudo latitudo triũ vel qua-tuor, vel quinque vel sex cubito-rum quidem longitudo, digito-rum autem latitudo, circuitiones firmamenti totidem sunto, quæ ne premant, molles tenues've sint, non crassæ, non duræ, quæ la-titudine, longitudine, crassitudine patienti conueniant. Tabellæ fe-rulæ've leuigatæ sint, æquales, planæ, retusæ simæ've, postrema'que parte qua superligantur pau-lo minores, crassæ vero qua fra-gmentum excessit. Quæ suapte natura curua, nec carnosa sunt:

quemadmodum digitorum articu li & iuncturæ talus've, ne situ, po sitione & asperitate supereminea ant & extuberent, caueto. Confir mamēta ne premant nimis & strī gant, curato. Primo ceratum mol le, lene & æquale sit, purū, quo cir cumducatur, multa calida foueat̄, quæ ita calida sit, vti manu fera-tur. Copia & quantitas, optima ea est, quæ plurimum demittat & ex tenuet, carnem'q; modice augeat, teneram mollem've faciat. Mo-dus, tempus've perfundendi & fo uendi est, cum adhuc pars læsa tu met, priusquàm residat & conci-dat: cum vero resedit & concidit, cassato: nā per exordia tumescit & tollitur, deīde flaccessit & extenu atur. Positio mollis, plana sit, non refluens & reflexa, sed corporis partibus quæ prominent & pro-tuberent commoda: quemadmo-dum est talus, coxendix, vti nec refringatur nec abfringatur.
Pars læsa nec conteratur, nec con

uertatur, Tubulum canalem've, seu capsulam & solena cruri toti vel dimidio subiicito, qui partē læsam & affectam spectet tueatur'que, cætera'que cuncta quę palam lædunt. Præbitio, remissio, distentio, contentio, cætera'que naturæ accommodata fiant: natura quidem in operibus actione operis consistit & constat, quod'quæ res poscit & vult, consideretur. Præterea num ne ea res, quam tractas, quieta, demissa, ociosa sit, perspicito, vel agitata multum, cum cęteris ne communicet. Quietas res, vel agitatas sic perspicito, num ne positiones, directiones rectas habeant, quemadmodum est manus. Communicatione communi've re distentionem, contentionem, conflexionem perspicito: quemadmodum est proxima curuaturæ cubiti pars ad brachium. Consuetudine vero, cum demonstrabis crura nihil melius ferre q̄ distentionem & extentionē. Cæ

terræ vero formę, situs & positio-
nes non ita conferunt, nam ab hac
& in hac citius, diutius, melius ha-
bent & habebunt, si nõ mutẽtur,
Quędam vero mutatione, permu
tatione, de extentione in aliam for
mam ad habitum & positionẽ me
lius habent & habebunt, sicuti mu
sculi, venæ, nerui, ossa, quæ tamẽ
vel maxime iuuantur si rite dispo
nantur, habeantur, tegantur. Di-
stentio potissimum crassissima ma
xima'q;, & vbi vtra'que secunda,
secundo've loco hæc sunt, iuuat.
Quædam si subter distendantur
& disponantur, minime iuuantur
quædam, si superne. Magis vero
quàm modus & mensura poscit.
quid agere, lędit, præter quam pu
eros: hos enim paulo habere &
continere, procliue & necesse est.
Directionis exemplum & indi-
cium esto, siquid cognomine,
coniugatum, par simile, sanum cõ
sideres. Contritio vero fricatio've
siue tractatio soluit, stringit & li-

gat, carnem auget & minuit, quę si dura & aspera sit, stringit & ligat: si mollis, soluit: si multa, minuit: si modica, crasse facit. Praeterea sic haec superligato, Primum vti supligatus dicat parte laesa se maxime premi constringive, postremis vero partibus, minime, copia, multitudine quantitaté ve fasciarum & vinculorum, quae satis sit non vi & vehementia, se commode quiescere, mouere, non compleri, non premi quantitate copia've fasciarum & vinculorum, non vi & vehementia. Primo quidem die nocte'que magis paulò, secundo minus, tertio laxius remissius've premi, postridie tumor mollis in partibus extremis inueniatur, tertio vero die pars ligata, si soluatur, gracilior deprehendatur, hocque per ligationes omnes eueniat. Postea vero superligatione, si rite se superligatum esse dicat, petito, deinceps magis & pluribus, stringito premitto've, tertio mas

gis etiam & pluribus, septimo vero die post primam ligationem, soluta, gracilia & extenuata, demissa & laxa reperiantur. Tabellę vero ferulæ've si gracilia sine pruritu & vlcere sint, vsque ad viginti dies post læsionem aligentur. Si vero quid suspiceris, medio tempore soluito, tertio quo'que die ferulas cõfirmato. Positio, resumptio, demissio, superligatio vti sit forma quam membra poscũt, curato formarum figurarũ've capita sũt cõsuetudo, natura membri cuiusque species autem & læsio membrorum dignoscitur cursu, statu, cubatione, opere, remissione, lassitudine. Nam natura, vsus, exercitatio superat & confirmat, ocium autem & segnitia tabefacit. Copia vero multitudine, quantitate & numero fasciarum & vinculorum potius quam vi & vehementia comprimito constringito've.

Quæcunque luxationes, diffusiones fractiones, conuulsiones, tu-

mores,ſine inflammatione ſunt, ſanguinis plurimum de vulnere & parte læſa ad coporis ſuperiora trahitur&mittitur,puſillum quid ad inferna,dum ne manu ſi ea lęſa ſit,habeat teneat've,nec crus per exordia , ſed ſtans poſitum & iacens in vulnus & maxime in eo ſidat & hæreat, poſtrema minime: quæ medio loco ſunt,modice poſtremum ad corporis ſuperiora deducito diſtribuitoq; ſuperligatione,compreſſione. Quin & hęc copia multitudine've linteorũ, faſciarum & vinculorum potius q̃ vi & vehementia compeſcito & ſtrĩgito. Maxime vero his conueniunt lintea,vincula, faſcię tenues, leues:molles,puræ,latæ,ſanæ,vti & ſine ferulis teneantur: multa'que calide perfuſione vtitor.Quę cunque deciderunt luxarunt've, vel conuerſa, diſtorta, conuulſa vel perrupta ſunt , vel per interualla diſtant, vel incuruata qualia ſũt:ſupercilia,partes iferio

res oculorum malæ genæ'ue, queque in alteram partem repunt liberantur've, vnde deciderunt eò trudito illic' que cõtineto, ne dilabantur, in contrariam' ve partẽ repant, & superligato, sed prius magis paulo pressato quã par est, superligationibus, puluillis in lienis figurã redactis, splenesi've formis modis've, contẽtione, tractatione, fricatione've, directione, super'que his multa perfusione. Minutiones vero, quæ non multum sanæ partis occupauerint, statim superligato, vti si sua sponte minuantur, vel alieno habitu contagione've & superligatiõe permutentur, ad incrementum declinẽt: carnium'que reparationem & reformationem faciant. Melius autem est inferiora superioribus alligare, sicuti tibiam coxæ, crus'que læsum ad sanũ ligare, vti magis simile fiat & sit similiter'q; ocium agat & quiescat, moueatq;, similiq; modo, nutrimẽto vel excludat,

vel suscipiat. Linteorũ vero copia non constrictione comprimitur. Quod primo maxime constrictũ & colligatum est, laxato, vti versatione & agitatione fricatione'que carnulenta, carnem've creante, perfusione'que sine ferulis vtatur. capitis vero, pectoris, costarũ similium'que colligamenta, firmamenta, stabilimenta've sic persicito, pulsus vti discurrat, spiritus've perlabatur. Quæ vero distarent, dimota luxata've forent, quemadmodum in capitis ossibus suturis'ue contingit, sic ea confirmato, ne tussi, singultu motu've alio cõcutiantur: quemadmodum & caput & pectus, quæ seruato modo mensura've colligato & cõfirmato. Si qua vero maxime constringendum, & comprimendum foret, mollem lanam, quantum rei affectæ quadret conueniat've, subterponito, colligato & stringito, quatenus pulsus spiritus've discursus nõ impediat, nec etiã tã laxe,

vti quæ distant luxauerunt´ve, non cohæreant. Curato´que præterea, ne sternutamenta tusses´ꝙ conuellicent, sed firmo modo permaneant

HIPPOCRATIS DE OSSIVM NATVRA LIBER.



Alis autem est ossium natura, situs & positura. Digitorum quidẽ & ossa, & articuli seu iũcturę simplices sũt. Manus autem, & pedis multa sũt ossa simplicia, modo´que alio alia coagmentata, connexa & coarticulata: maxima vero sunt, quæ supmo loco sita sũt. Calcis autem calcanei´ve, tali´que vnum, quod prominet, cui magnus neruus ānectitur, tibiæ vero duo superne & inferne connexa, quæ medio loco paulum distant, protuberent´que, secundum vero paruum fu-

ſum tractylon've,ſeu digitum da
ctylon've paulo tenuius eſt. Pluri
mum autem ſecundum genu di-
ſtant,minor'que clauſura verſuræ
've eſt, magnus'que neruus hæc
per exteriorem poplitum partem
tranſit:communem vero conne-
xionem,ſubter qua pes mouetur,
habent,ſuperiore loco ſecundum,
qua genu coxæ nectitur,cum ſu-
perimpoſita mola patella've terti
am, qua ſuperior articulus coxæ
ſimplex, firmus, oblongus, di-
giti curuati modo ſimilis condilo-
des've,curuus extra & ante mo-
uetur & agitatur.Caput autem hu
ius & cõnexio rotũda,qua neruus
in coxendicis articulo nectitur &
committitur,ſuboblique, ſubtor-
tuoſe've & hic cõmittitur,minus
vero, ſed par & ſimile quid hume
ro capiti've brachij eſt. Coxendix
autẽ magnę vertebræ,quę ſecun-
dum os ſacrum podicẽve eſt, vicu
lo cartilagineo, neruoſo'que com

mittitur. Spina vero de sacro osse magnā vertebrā vsq; curua recuruata' ve est. Vesica autem genitura'q;, membrũ' ve genitale, podicis'q; pars, q̃ huc declinat: de hoc autem præcordia vsq; recta obliquata'q;, seu ithilordos tendit, lũbi'q; secundum hoc sunt. Hinc autē magnam vertebrā vsq; quæ supra scapulas est, recta curua'q; est ithycyphes' ve, magis'q; videtur, quam sit. proiecturę nanq; & eminentię quę post vertebras sũt, hac altissimæ sũt. Ceruicis vero collis' ve articulus curuus, obstipus est, cuius vertebræ parte interiores, pares æquales' ve inter sese sunt: parte vero exteriore, cartilagine neruis'que continētur. Coagmentatio autem coarticulatio' ve carũ in posteriore tergi parte est proiecturā eni extuberationē' ve parte posteriore habent acutam, quæ supernexionem cartilagineam habet. Hinc neruorum decliuis annexio progreditur, quemadmodũ

& musculi de ceruice lumbos vs-
que prope connectuntur, qui co-
starum & spinæ medium com-
plent. Costę vero secundum verte
brarũ connexiones, neruulo quo-
dam, qui de ceruice in lumbos vs-
que progreditur, parte interiore
committũtur, parte autem anteri
ore, secundum pectus, lãguidum,
vescum, tenerum, procuruatum
præ cunctis animantibus, peran-
gustum in tumorem vergens po-
stremum habent: nam homo par-
te hac angustissimus est. Qua ve-
ro costæ nõ sunt, proiectura quę-
dam tortuosa, breuis parua've, &
lata est, singulis'que vertebris hæ
neruulo quodam committuntur.
Pectus vero crate continua sibi
connectitur, tortuosas'que & obli
quas connexiones habet, qua ve-
ro costæ committuntur, langui-
dum, vescũ, cartilagineũ'que est.
Claues autem iugulum furcillæ've
pectoris rotundę sunt, parte'que
anteriore pectus versum, paruas

&breues agitationes habent, sed humeri summam partem versus crebras maiorésve: summum autem humeri scapulis oritur & connectitur dissimiliter plurimis. Scapulæ vero spinam versus cartilagineæ sunt, cætera fungidæ, vescæ, languidæ've, foris vero non æquales, nec planæ ceruicem'que & acetabulum cartilagineum habent, quo costę mouentur, quod facilius quam cætera ossa pręter brachĳ luxat, loco've mouentur. Huius autem acetabulo caput rotundum, cartilagineun, fungidum, vescum, languidum've neruulo quodam committitur, quod extuberat, foris que connexum est. Parte autem anteriore tortuosum, obliquum & non rectum est acetabulum versus, sed brachium versus latum est digiti replicati nodo simile condilodes've, solidum, firmum, metæ simile: post vero retro've curuū, quo corona, postrema've brachĳ pars, cum manus

tenditur, hæret & ineſt. Quo &
neruus torpidus tẽdit, qui de cubi
ti mediorũ oſſium connexione, ſi=
ue medio loco naſcitur, cõmittit,
ſinitur. Manus quidem oſſa ſeptẽ
& vigĩti ſunt, pedis vero quatuor
& viginti, & ceruicis autem &
colli magnã vertebram vſque ſe
ptẽ: lumbiquĩq;, capitis aũt cũ ꝓ=
ſpectu oculiſ ve octo, cum vngui=
bus autem octo & centum, quæ
nos de hominis oſſibus didicimus
& obſeruauimus, hæc ſunt.
Supra clauem vero pectoriſ ve
furcillam, vertebræ cum ma=
gna ſeptem ſunt, quæ ſecun=
dum coſtas ſunt, totidem quot
& coſtæ duodecim ſunt, quæ ſe=
cundum ilia ſunt extra, quo &
coxendices cum lumbis quinque.
Semen autem ex vtraque ve=
ſicę parte, ſicuti fauum pullulat,
de his venæ vtraque vrinariæ
fiſtulæ parte, pudenda petunt.
Potus autem per fauces gurgulio=

nem've, ventriculum, stomachū've, gurgulio pulmonem & arteriam, de his vesicam postremam. Quinq; sūt fibrę iecinoris. Fel vero quartæ fibræ hæret, quod præcordia petit, pulmonē & cor. Cor aūt tunica circundat, mēbra vero cōmuniter maiora habet sinus've de medijs autem membris pēdet, hæc autē de neruis, spina sub ventrē tēdunt. Renes vero de neruis spina & arteria. Cordis autem fōs oibus cognatus est membris. Nā ab eo vena vna per præcordia, iecur, lienem, renes, coxendicem, surā, talū petit. Altera vero de corde sub iugulas, claues, alas, caput, nasū, frontē, secundū aures, humeros, scapulas, pectora, vētrem, per cubitum alia per alas, cubitum, talum petit. Neruorū autē prognatio pullulatio've de occipitio vsq; secundū spinā, coxendicē, pudenda, coxas, suras, pedes. Quidā manus petunt, quidā carnes, quidam brachia, quidam aciculam, quidam

pollicem petunt, quidam de carni bus cæteros digitos, quidam per scapulas, humeros, pectora, ventrem. Quidam sunt ossium vincula, de pudendis secundum sedem vnus, acetabula'que vnus, super coxam vnus, subter genua vnus, qui magno neruo cõmiscetur, pedes & calcem petit, vnns aciculam seu radium. Cætere autem venæ bifariam in renes vtrinque diuidũtur quos penetrant, qui cordis formam habent, caui'que sunt, quorum caua magnas venas versus tendunt, de quibus oriũtur, de his venæ vesicam petunt'. Potus vero per venas in renes trahitur, postea per renes tanquã per collũ aqua emittitur, & ab his in reliqua deditur intestina, quæ his proxima sunt. Spõgiosum nanq; ab his iter est in vesicã, ubi percolat, lotium'q; à sanguine separat, hac'q; de caussa rutulum est nec enim venę aliæ quam dictæ renes petunt, nec erat aliud, vbi potus colliqua-

retur, quatenus ego noui & obser
uaui. Venæ quæ circa costas ten-
dunt, sub vnamquamque costam
sunt non ad caput, sed potius sub
eo & ab arteria, quæ subter fluens
singulis costis deditur. De crassa
aūt & magna vena, q̃ de corde ve
nit, vna dextrorsum ĩclusa recur
rit, deinde per medias vertebras
vna vsque ad summas costas pro-
fiscitur, costis ęque sese non de-
dens, dextris & sinistris diuisa, sed
tamē pares & æquas venulas prę-
bet, supra quidē in dexteris & scin
ditur. Secundum autē vtranque cla
uis iuguli've partē duæ venæ su-
pra, duæ subter pectus eunt, quæ
partī dextera, partī sinistra distri
buuntur & diuiduntur, duæ quidē
collū magis petunt, duę vero cor,
q̃ partī dextera partī sinistra sub-
ter costas distribuunt̃, donec illi q̃
de corde recurrit, commisceātur.
Quæ vero sanguinolenta est, pro
pterea ab arteria separatur, quo-
niam sublimis & alta hoc loco est,

cum per cor transeat, & subterco
stas. Quæ vero sanguinolenta est
& hemorrhous, magna'que & cras
sa dicitur vena, vertebris rursus
sese dedit, huc'que tendit & hæ-
ret, nec pendet, sublimis've est, si
cuti quæ supra est cum per iecur
transeat. Preterea secundum lum
bos, supra est arteria, subter au-
tem vena sanguinolenta, quæ de
iecore per præcordia transit, subli
mis dextera cordis simplex fertur
claues vsque, præter quam quate
nus cordi miscentur, communi-
cat've, diuisa & fluitans in ipso,
partim cordis sinum & ventricu-
lum petit, postea de corde parte
sinistra secundum spinam sim-
plex residet. Quæ ad superio-
res corporis partes recursitat su-
premas vsque costas, scissiones'-
que à sese facit, & habet ptensas
secundũ singulas costas, secũdum
naturã quę ad pectoris curuaturã
& connexionem vsque tendunt,
& dextera & sinistra, rectum'-
que eius in vertebra magis est, &

& tendit quàm arteriæ tenor to-
nus'ue, seu rogùsta pars & venæ,
quæ de iecore venit. Cordis vero
partem inferiorem versus, tenor
rectus de ea magis ĩ vertebra est,
q̃ arteriæ tenor. Tenor aũt alius se
cundum cor est, præcordiorũ par
tes inferiores versus conuertitur
ad spinæ altiora & connexa, hinc
singulæ scissiones in rectũ super-
feruntur, per ossa carnes'que cedẽ
tes inter sese repellantes've. Craf-
sæ vero & magnæ venæ sic ha-
bent & sitæ sunt. De oculo secun-
dum cilium per tergum. secundũ
pulmonem sub pectus vna trãsit,
de dextro quidem in sinistrum v-
na, de sinistro autem in dexterum
altera: quæ vero de sinistro per ie
cur in renem testem'que descẽdit
quibus venis & os & pudenda cõ-
plectuntur. De mamma vero dex
tra in sinistrum coxendicẽ & crus
vna deuenit, de sinistra autem in
dexteras partes altera. Dexter
autem oculus de sinistro suscipit,

testis'q; similiter de dextero sini-
ster, & de sinistro dexter venam
suscipit. Crassissimæ quidẽ venę,
maximę'q;, naturaliter sic digerũ
tur. Quatuor pręterea venarũ pa
ria sunt in corpore. Quarũ aliquę
de capitis parte posteriore foras p
ceruicẽ secundũ spinã hinc & hic
in coxendices & crura deueniũt,
postea p tibias, foras in talos & pe
des descendunt. Sanguinis ergo
missiões, tergi coxendicis'q; dolo
rę, de poplite talo'que foris fieri o-
portet. Secundæ autem venæ de
capite secundum aures per ceruí-
cem, quæ iugulares dicuntur, par
te interiore secundum spinam v-
trinque, secundum lumbos in te-
stes coxas'que, poplitum'que par-
tes exteriores, per tibias deinde,
talos'que interiores pedẽsq; ferun
tur. Lumborum ergo testium'que
dolore, sanguinem de poplitibus
talis'que interioribus mittito. Ter
tiæ autem venæ de temporibus
per ceruicem in scapulas, deinde

ſimul in pulmonē deferunt, per=
ueniunt'que, quarum vna de dex
tris ſiniſtra ſub mammam lienem
renem'que petit, contrà altera, ſed
vtraq; in podice finiunt. Quartæ
aūt venæ de capitis parte anterio
re, oculorum'que ſub collum cla=
ues'que, poſtea de brachiorum
parte ſuperiore ſub cōflexuras, de
inde per cubitos, & radios, manū'
q; iuncturas digitos petunt, deīde
rurſus de digitis per manū velas p
cubitorum'que flexuras, brachio=
rum'que partem ſubteriorem, a=
las coſtas'que ſuperiore parte pe=
tunt, quarum vna lienem petit,
iecur altera, poſtea ſuper ven=
trem vtræ'que in pudendis fini=
unt. Craſſæ quidem & magnæ
venę ſic ſuapte natura digerūtur:
Plurimæ præterea venæ multifa
riæ'que de ventriculo per corpus
digeruntur, per quas nutrimen=
tum corpori ſubminiſtratur. De
craſſis præterea & magnis venis
petunt ventriculum, corpus'que

reliquum venulæ quædam partim extra, partim intra, quæ inter sese communicant, deduntque: quæ extra sunt, interioribus: quæ intra, exterioribus. Sanguis ergo per hos modos mittatur, studendumque est, & danda opera, vti procul à loco dolore affecto sanguinisque coactione vena pertūdatur: sic enim magna mutatio subitò non fit, cōsuetudinemque mutabis, ne amplius eo loco sāguis coeat. Hepatis autem vena subter vertebras, renes, magnam vertebram petit, deinde sublimis per præcordia, cor. Quædam alia recta claues petit, quædā deinde, quędam scapulas, quędam subterflexæ secundum vertebras costasque declinant: de sinistris quidem vna secundum claues, de dextris vero locum eius quendam vna, alia vtrinque reflexa, alia paulo inferius flexa, quo illa deficit costis se dedit, donec venæ, quæ cor de ipso venit, occurrat. Dexter

ſuperflexa, ſubter'que reflexa ver
tebras petit, donec peruenit vnde
cœpit tolli, ſeſe coſtis dedēs, cęte
ris'qꝫ ōnibus hinc & hinc ſciſſio-
nes ſecundū vnāquāqꝫ ſeſe dedēs.
cum vna ſit, de corde quidē in ſi-
niſtris locū quedā magis petit, po
ſtea ſub arteriā donec abſumatur,
diſcedit, vnde hepatitis vena ſeſe
ſubſtulit. Prius tamen quā eo per-
ueniat, ſecundum duas poſtremas
coſtas bifariam diuiditur, quędam
hinc, & hinc: quædam vertebras
petens conſummitur, quędam re-
cta per claues tendens ſupra arte-
riam trāſit & eſt, de hācqꝫ, quem-
admodum ea quæ ſecundum lum
bos ſub arteriam tranſit, de hac'-
que ī iecur prorumpit, quædā por
tas primas'ue iecoris partes fibrā'
qꝫ lobon've, quædā ab hac alio pro
rumpit, paulum'que ſubter præ-
cordia, quæ ſuapte natura ieco-
ris cohærent, nec facile ſeparan-
tur. Duæ præterea venæ de cla-
uibus mouentur, quædam hinc

& hinc sub pectus, pectinē petūt, quò de hinc nōdum noui: pręcordia vero secundum vertebram, quę costis committitur, qua rende arteria hac reuoluitur. Arterię vero de hoc hinc & hīc manāt, q̄ modum arteriarum habent, hac'que de corde recurrenti hepatitis vena cōmittitur, & finem facit. De qua præcordia duæ maxime per albę hinc & hīc feruntur, quæ multifariam per præcordia diuiduntur, circqua'que hæc sunt & commiscētur: supra vero præcordia magis hæ patent. Duo vero crassi tenores, siue nerui de cerebro sub os magnæ vertebrę superne magis stomachum versus, de vtra'que arteriæ parte præteriens, vterque sese init & committitur, misceatur'que vni similis: postea vertebrę præcordia'que hic connectuntur finiunt'que tanquam indiscreti, de hac'que connexione iecur lienem'que versus tendere videntur. Tenor autem & tonus alius

neruus'ue de utra'que uertebra rũ parte, quæ secũdũ clauẽ sunt, p spinã tẽdit ex obliquo uertebrę, qui costis sicuti uenæ, dedit & distribuitur. Quidã ad lactes mesenterion'ue per præcordia mihi tendere uidentur, ubi ipsæ desinunt & deficiũt. Præcordia rursus unde manant & prorũpũt, quia continua hæc & cõnexa sũt secundũ & per medium sub arteriam, reliquum secundum uertebras, sicuti venę, deditur, donec in sacrum os podicem'ue euntes consummuntur. Ossa quidem corpori statum, rectitudinem, habitum, formã & speciem præbent & speciem præstant: nerui uero conflexionem, contensionem, distensionem'que carnes uero cutis'que colligationem, contentionem, continentiam'ue omnium. Venæ per corpus sparsæ diffusæ'que spiritũ fluxionẽ fluorẽ'ue, motum & agitationẽ præbẽt. Multæ uero de una pullulãt, quę unde incipiat, & ubi

finiat, nescio. nam ducto facto've circulo principium nō reperitur. Cuius germina, pullulatiōes & stolones vnde tollantur & initiū sumāt, corporis'q; vbi finiāt, & vna his vti concors sit, quibus'q; locis digerantur, dissertabo. Capite quidem medio per transuersum venula vna lata, tenuis, sanguinis non multi circūiacet & inest: cerebro'q; secundū futuras harmonias've multę tenues venulę radicātur & insitæ sunt, circa'q; caput totum, frontem vsq; & temora quadrifluuiantur. Quarum vna de capitis posteriore parte foras secundū spinæ cutem recta tendit: hinc vero secundum exteriorem & interiorem venam earum, quæ in iugulis sunt, demittitur, trans'que auditionē aures've mento diuidit, q̄ foris crassa est. De hac multæ tenues līguā petūt, præter eā q̄ sub līgua est, & eā quę sub maxillares quę crassa est, per clauem'q; trāsit & subter scapulas hācq;, de ca ve

na, quę suphumeralis dicitur, ve-
na pullulat, quæ per neruum eum
transit, qui subter humeri summã
partẽ est, quę sanguinolẽta est, dif
ficulter'qꝫ curat., si dehiscat frãga
tur've & conuellatur: huic enim
latus neruus connectitur cartila-
go'que hac parte est. Medio'autẽ
horũ loco mẽbrana spumosa est:
nam cum locus carnosus non sit,
carnem'qꝫ non creet, facile frãgi-
tur, quo cum sanguis concurrit,
locum latum nactus nõ abigitur,
sed durescit, quod cum fit, morbũ
& laborem dolorem've præbet,
quæ quidem transit finit'que qua
prius dixeramus. Subter scapulas
alias pullulat, sub mammis'que de
ditur venis crebris, tenuibus, spar
sis, per'que superhumeralem car-
tilaginẽ perreptans, subter distri
buta brachium petit, musculum si
nistra habẽs: dextra vero scindit
circa humerum, cubiti'qꝫ superio-
rem partem, deĩde cubiti partem
vtrã'que penetrat, postea manus

iuncturam, hic iam sparsa per manum totam pererrabunde firmatur, & radices iacit. Princeps autem & archæa vena, quæ secundum spinam sparsa per medias scapulas transit, iugulasque & fauces petit, & in cor imittitur, quæ de sese venam satis magnam, capitumque multorum emittit secundum cor, de quo versus os tendit, fistulamque facit, quę magna arteria propter pulmonē dicitur: sanguinis vero parum habet, spiritus multū. lato nanque loco visceris que raritate, multis ptibus & locis pulmonis inuehitur: cętera vero cartilaginea est. Quare si quid non cōsuetū pulmonis in hos meatus vel potus, vel qd aliud penetret, spiritusve & sāguinis meatus vexat, vtpote cū venę tales sint, viscusque spūgiosū, qd humeris plurimū capit, supraque cohæret & est: consuetorū enim humorū & intrātium lex est & moderator. Quin & sāguinis per has venas nō mul

tum currit, nec celeriter incedit vti prorũpentia pellat, quæ si non subducantur, sed permaneãt, con‑calescunt & durescunt, quæ dissol‑uunt & abigunt, quicquid nutri‑mẽti ingeritur, guttur'que exclu‑dit, clausis'ꝙ hoc callo duricia've meatibus citò spiritus ĩtercipitur, vel difficulter spirat, siue tachyp‑noea, vel dyspnoea corripit & ha‑bet, cũ hac via spiritũ mittere & trahere nequeant. Quãobrem hi morbi gignuntur, spirãdi difficul‑tas asthma've, tabes siccæ. Si ve‑ro plurimus humor in his cõsistat superet'ꝙ, vti qđ crasse factũ est nõ cogatur, pulmoné, proxima'ꝙ marcefacit, purulenti tabifici'que fiũt: tamẽ hęc mala aliis de caussis gignuntur. Hinc vena hæc pul‑monem occupat, per'que duas ma‑gnas fibras ad inferiora versas sub præcordia spinę supertẽditur, quę alba neruosa'que est, per alias'que corporis condẽsati partes, venu‑las mittit, tenorem'ꝙ siue robur,

& entona crebris venulis per verstebras in tergi spinæ've medullã mittitur. Plurimæ præterea venulæ aliæ tendũtur spargũtur'que cæteris õnibus corporis partibus, quæ singulæ spinam petunt, sanguinem'que tenuissimum defecatissimum'que adducentes, huc eructant, euomunt & iaciunt. Quæ vero in superiacẽtes ramulos brachiola've tenditur, eodem conducit, inde'que in renes radices iacit tenuibus fibrosis'que venulis secandum vltimam nothan've costam, hincque' discedens & contendens dẽsatur, postea in neruum redigitur secundũ podicem, præpinguẽ & crassum adducentes & congregãtes vesicam testes parastatas & assistentes connectit, radicibus'que cõfirmat multum complicatis, tenuibus, solidis, fibrosis'que venis. Hinc eius crassissimũ rectissimũ'que retrouersum in scapum caulem've redigit, quod pudenda est, quod in reflectione ad hæc eadem

coarctatur, per pectinem'que supra subter ventris pellẽ venæ'que ipsi-us in eas prorũpit, quæ subter ten dunt & feruntur, quę inter sese al ternatī inuehuntur, connectunt, per pudẽda'que transeũt venę craſ ſæ, tenues, denſæ, crebrę, tortuo-ſæ. Fœminis vero hæc in vuluas, vesicam, fistulam vrinariam cõ-tendit, hinc autem recta tendit. Fœminis quidem circa vuluas, co arctatur, viris autem circa testes spargitur. Propter hanc vero na turam vena hęc plurima fœcunda, concipit: plurimis enim, defecatiſ-simis'que partibus nutrit, sãguinis pauci cauã'que est, neruosa & craſſa, spiritalis contendens'que sub pu-denda venulas spinam versus ten dẽtes, vi præcipitat & cogit: quas vero non præcipitat, tanquam cu curbitula ad sese trahit, venæ'que superiori dedit. De cæteris autem corporis membris & partibus in hãc stillant & colliquantur: pluri mum vero, sicuti dictũ est, de me

dulla congreatur. Propterea coeũtibus voluptas accedit. quod cum hæc vena seminis genitalis, subcruenti, spiritalis plena est, per id tempus calefit, propellit, subterq́ꝫ semine fluẽte, quę in sese insunt cõstrigit: spiritus veroq̄ inest, pręsensq́ꝫ vis caliditasq́ꝫ, venularũq́ꝫ vndiq́ꝫ continens cursus pruritum titillatumq́ve iniĳcit & intus creat. Vena autẽ, quæ per sese pullulat, perq́ꝫ interscalpiũ iugulam secundum spinam transit, sparsa multis venulis costas vertebrasq́ue implicat, per carnesq́ꝫ alternatim condensatur, vti nutriat & sanguinaria sit, quæ secundum nates transit, per musculum sub coxam debacchatur & subferuet. Secundum vero nates in coxæ acetabulo secundum caput vena perforatur, quæ coxæ femoriq́ve respirationem præbet, vltra coxam seundum genu flectionem & poplitem versus. Alterã vero secũdum inguen multiradicem demit

superiacit & genu patellę & epi-
gunitidi venas, secū'q; genu pa-
tellæ & epigunitidos īteriora su-
per cauum complicat venam, quā
si quis vellicet, statim biliosam sa
niem conducit & emittit, quæ se-
cundum interiora cauum'q; genu
prorumpit, multas'q; cōplicatas-
'q; venas poplitibus dedit: quę ve
ro hinc tendunt, sub coxæ neruos
transeunt, radicem'q; in testes &
anum iaciunt, circa'q; sacrum os
extenuantur, in vnū'q; redactæ
circuntenduntur. Quę vero per-
uenit & transit secundum genu.
partem interiorē supra secundum
coxę interiora tendit in inguen,
& per coxendicem vltra spinam
versus lumbū extra habens, cras-
sa, lata, sanguinaria supra eructat
in iecur, per carnem'q;, sāguina-
riam partē perflans renē continet
dextrā iecinoris fibrā versus, quę
sub iecinoris partes diuisa crassam
venā versus sciditur. Sin aūt sub
accēsa ptē crassiorē iecinoris ver

tit, tractatu'q; difficile. Quæ ve-
ro per musculum tendit, circa ge
nu spargitur, per'q; tibialis ossis
summam partem, venam in fistu
læ formam redigit, quæ medullã
nutrit, per'q; tibialis ossis partem
inferiorem vehitur, secundum pe
dis colligationem & connexio-
nem. Quæ vero per genu patel-
lam epigunitidos've, partem'que
superiorem ad interiora per tibiæ
musculum feruida distenditur &
explicatur, crassa sanguinaria'q;,
per tali partem interiorem tran-
sit, hic'que circa talum, neruũ'q;
venas indiscretas contrahit, quæ
subter talum pedẽ'q; currit, hic-
'que perplicata sub pollicem sisti-
tur, duplicem'q; sanguinariã ve-
nam superne sub cutẽ de talo cõ-
flectit, crassefacta'q; comparet se-
cundum tali interiora, supra'q; di
stribuitur secundum suræ radium
oppositum: secundum vero surã
vti fundam facit, hic reliquum se-
cũdum genu interiora tenditur,

ſus,qua fel eſt ſiue chole cum radi cibus multis per iecur ramulos mittens, pars eius per interiora vehitur. Duæ autem venæ inter duas latiores fibras explicantur, Quarū vna per vertices ſummaſve partes, & cutem vmbilico detenta deducitur: altera vero premens ſpinam renem'que in veſicam pudenda'que prorumpit, ancoras've iacit, de coxendice incipiens in pectine finit. Multæ preterea venæ per coſtas vertebras'que pererrant, quæ ſpinam anuli modo pernectunt, proiecturas'q; & agnationes, per eas'que ſanguinem emittunt, ventrem'que & inteſtina peruolutant. Quædam de pectine in mammas, guttur, humerorum ſummas partes tendentes dilatantur. Quæ vero ſecundum iecinoris partem craſſiorem peruenit, ſupra'que fel in fiſtulę formam redigit, ſub ſpinam diſtribuitur. per præcordia tranſit. Vena autem, quæ de ſiniſtris

mouetur, cętera quidem naturam eandē cōfirmat radicat've, quā ea quæ de dexteris in ſiniſtra tendit, iecur petens non eñcit, ſed in liene figitur ſecūdum eius caput, quod in eius parte craſſa eſt, deinde penetrat araneolam, lienis'que ſanguinarias venas. totus autem hic ex omēto tollitur, ſuis'que venulis ſanguinarium reddit. Quæ vero de lienis capite in ſpinā mittũtur, per præcordia tendunt, hīc vero dextra ſiniſtra'que ſub pulmonem peruoluuntur: ſanguinariæ vero ſub eũ tendunt, & in eũ reuehuntur. Quę autem pauci ſā guinis & tenues ſunt, de pulmone per interiora euntes, cum ille ſuapte natura rarus ſit, cor petũt, vt pote ab eo emũctæ, circa eius aures cōpeſcũtur, & ĩ eius caua ſinus've ĩteriores deflũt, prioresq; & hæ ĩ ipſũ prorũpũt: meatus enim anguſtia ſiſtitur, vti de toto corpore fibras habeat. Propterea multũ ĩ pulmonē deferũtur, per-

est potissimus, colorum'que mutationes fiunt, venas hoc constringente laxante'que. Cum quidem laxat, colores rubri, boni, nitidi & trãslucentes fiunt: cum vero strĩgit, lutei, pallidi, liuidi, quęque mutat, prout cuique adsunt.

HIPPOCRATIS DE PVERI DENTITIONE LIBER.



Veri suapte natura habitiores, rata portione carnulentię lac non hauriũt, sed voraces plus lactis hauriunt, tamẽ rata lactis hausti portione nõ pinguescũt, carnescunt've. Qui plus micturiunt quàm hauriãt, hi annũ nõ durãt. Quibus venter multũ fertur, defluit've, pulche'que & bene cõcoquũt, sani magis sunt. quibus cum voraces sint parum, hi morbosi sũt, si rata lactis hausti portione non nutricãtur. Quibus multũ lactis

vomitur, his venter sistitur: quibus in dentitione vēter plurimū demittit, subducit've, minus hauriunt, quàm qui rarius & parum. Quibus in dētitione febris grauis & acuta superuenit, hi rarius hauriunt: qui cum dentiunt, non emaciantur, tamen deponuntur, periculum est ne conuulsio, spasmos've, super capiat. Qui hyeme dētiunt, si cætera pariter eāt, hi melius & tutius euadunt, & liberantur: qui cum dentiunt, conuelluntur, & spasmōtę non oēs pereunt, nam plurimi seruantur. qui cū tussi dentiunt, diutius durant, pueri cōpunctione magis emaciantur. Quos dentiētes hyēs superoccupat, si diligētius procurētur, dētitionē facilius ferūt. Qui plus micturiunt quàm demittant, hi pro rata portione habitiores sūt. Qui rata portione non micturiunt, his crebro cruda aluus in pueritia demittitur, morbosi, somniculosi si sunt, & habitiores, sæpius resane-

ſcunt, & ſi non belle & abũde habeant. Qui cum lac hauriũt, comedunt, hi facilius lactis depulſione ferunt: qui crebro demittunt, hi ſubcruentam & non digeſtam aluum emittunt. Plurimi cum febriunt, ſomnolenti ſunt, ſi vlcera ſine febre in tonſillis fiant, tutiora ſunt. Quibus puerulis cum lac ſugunt, tuſſis adſiſtit, hi vuã tumẽtem, maiorem'ue habere conſueuerunt. quibus in tonſillis, pariſthmidis'ue puſtulæ vagãtes, ſerpentia'ue vlcera, ſiue nomẹ ſubito ſuperueniunt febribus, & tuſſiculis durantibus, his periculũ eſt, ne ſæpius redeant: ſi vlcera in tõſillis recrudeſcant, malũ eſt: ſi vlcera ĩ crudis & ſimilibus repullulẽt, periculoſa ſunt: ſi pueris vlcera momenti alicuius in tõſillis diſcutiantur, pueri'ꝗ ipſi lac hauriant, & deuorent, ſalutis ſignum eſt: qui cum prius lac ſorbere, & deuorare non poſſent, in tonſillarũ vlceribus multam bilem reie-

ctant, vel per inferna demittunt, hi periclitantur. Si quid araneosũ in tonsillarum vlceribus insit, bonum non est: si post prima tempora in tonsillarum vlceribus pituita non prius solita per os defluat, vtile est, tamen euocanda est. Si vero cũ prius cœpisset, postea remittat penitus, vti lubens, & facile veniat, enitendum est. Nam cum non sic defluet, timendũ est, ne tonsillæ, cum destillatione vexent & ingruãt, plurimum aluus cita tussiculas siccas discutit. Pueris si quid plusculum digestũ deducatur, emittatur ve, diuturna tonsillarum vlcera discutit. si qua per dies quinq;, vel sex non crescunt, periculosa nõ sunt. Qui lactis plurimũ hauriunt hi ferè semper somniculosi sũt: qui cũ lac bene hauriũt, habitiores non fiunt, hi vix coalescunt, educuntur ve. Si per æstatem tonsillarũ vlcera fiant, peiora sunt, quàm quæ cæteris tẽporibus ĩgruũt: quã primũ

enim serpunt, crescuntˊve serpẽ-
tia circa vuam vlcera tonsillarũ,
hiˊq́ si euadant, & seruentur, vo-
cẽ mutant. Quæ circa fauces vl-
cera serpũt, difficiliora, grauioraˊ
que sunt: nam ferme semper suspi
ria, spiritusˊve difficultatem su-
perinferunt.

HIPPOCRATIS DE VIRGI-
NVM NATVRA LIBER.


Rincipium quidem
mihi compositionis
artis medicæ est de
rebus sẽper, nuper-
ˊq́ & genitis, & ge
nerosis. Non enim
potest quis morborum naturã co-
gnoscere (quod quidem est huius
artis) disquirere, & inuenire, nisi
totũ primo cognoscat, de quo par
ticularia descenderunt, discretaˊ-
ve sunt. Primum quidem morbũ,
qui sacer, comicialisˊve dicitur, sy
deratosˊq́ & apoplecticos, terro-
resˊq́ imaginosos, qui tam vehe-
menter homines territãt, vti de-

ſipiãt, ſibi'q; ſpectare laruas quaſdam infenſas, dæmonas've videntur, modo nocte, modo die, modo vtroq; tempore, quo multi ſe ſuſpenderũt, ſed plures fœminæ quã viri. Nã muliebris natura minor & ignauior eſt, ſed virgines, quibus nuptiarum tẽpus aduenit, maturæq; iam viro ſũt, magis hoc patiuntur, præſertim cum mẽſes deſcendunt, nam ante hoc nõ admodum male afficiuntur: poſtea enim ſanguis in locellos liquitur, ſtillat've, tanquã defluxurus: cum igitur os non patet quò defluat, exeat've ſãguis'q; ob cibaria, corporis'q; incrementum plurimus illic cogitur tũc'q; cũ quo defluat non habet, præ copia cor ſeptum tranſuerſum, prçcordia'q; petit. Cũ igitur hæc plena ſunt, cor languefcit, marceſcit've, qđ torpeſcit, deinde delirat, deſipit've. Quẽadmodũ ſi quis ſic conſidat, vti ſanguis de ſuperioribus partibus in tibias, ſuras've non deſcẽ-

dat, pedes torpescũt, quapropter gradũ facere non possunt, nisi sanguis decurrat: q statim decurrit, si pedes in gelidam aquam, quę talos superet, demittantur: nam hic torpor lenis est, facile'que discutitur. Sanguis enim venarũ rectitudine facile decurrit, locus'que hic corporis periculosus nõ est, sed de corde, pręcordijs'q; tarde decurrit. Nam venæ hinc tortuosæ, & recuruæ sunt, locus'q; hic periculosus est, & ad insaniã paratus. Cũ enim hæ partes repletæ fuerint, cum febre horror ingruet, quas febres errones, errabundas've, siue planetas nuncupãt. Cum autẽ hęc sic habent, pręgraui, celeri, & pæacuta perflammatione furit, præ marcore vero, marcescẽtia've clamat, & vociferatur: præ tenebricosis autẽ imagũculis occursantibus terretur & timet, præ cordis vero pressione suspendia parat & expedit, sanguinis autẽ malignitate, & vitio languet animus, &

æſtuat, malum'que trahit, horrenda, formidoloſa've profert & nominat alios, tentat'que, & expedit in puteos deſilire, ſeſe'que demittere, ſuſpēdere'que, tanquam melius ſit, colorem'q; crebro variat & mutat. Cum autem imagunculæ, phantaſmata've ceſſant, lætitia'que & voluptas aliqua datur, mortem, tanquā bonū quid orat, & optat. Cum autem hęc reſipuit, mulieres, quibus eſt ea curæ, preciosiſſima veſtimenta fœminæ eius, cætera'que vatibus deceptæ, dedicāt, conſecrāt've Dianæ: ſed huius liberatio, & medela eſt (niſi quid vetet) ſanguinis miſſio. Sed equidem hortor, mando'que, cum hoc virgines patiuntur: quamprimum cum uiris coniungi & commiſceri: nam ſi concipient, ſaneſcēt: ſi minus, cum pubertate, vel paulò poſt ceſſabit, his've corripiētur. Sed mulieres iam adultæ, & ſteriles magis hoc patiuntur,

HIPPOCRATIS DE CORPORVM SECATIONE, ET INCISIONE, SEV ANATOME, LIBER.



Arte fauciũ ab vtraque arteria gurguliо'que & guttur pullulat & gliſcit, in ſũmã'que pulmonis partem finem facit, circulis'que quibuſdam inter ſeſe cõnexis, ſimilibus'que conſtat. Pulmo autem ipſe cõuerſus & vergens in ſiniſtram partem, teſtudinem chelyn've cõplet, facit'que ſubtumulos'que ſubuertices've, ſeu hypocoryphoſias quinque habet, quas fibras lobos've dicunt coloris'que ferè cineritij eſt, plurimum'que compactus cõpunctus'que, ſuapte'que natura pertuſus perforatus've. Cor'que in eius medio locatur & ſitũ eſt, quod in homine rotundius eſt quàm in cæteris animalibus. Corde autẽ ab ipſo plurimus meatus cartilagineus & fibroſus iecur petit, cum'que hoc

vena quæ magna dicitur, per quã alueus totus ſuſtentatur & nutritur. Confine vero & vicinum ſimile'q; ferè cæteris cunctis eſt iecur, quod cæteris ſanguinolẽtius eſt, duos'que ſubtumulos ſubuerrices've habet, quas portas fibras'-ve, ſeu pylas vocitant, quæ quidem dextra locantur, vena'q; de hoc cuneata, ſcalena've renes petit. Qui renes inter ſeſe confines, cõiuncti, ſimiles'q; ſunt, colore'q; ouillis ſimiles: tubuli vero canaliculi've de his cuneati, veſicæ ſũmum verticem petunt. Quæ veſica tota neruoſa, magna ventrioſa'q; eſt, medio'que loco intus hæret, ſex'q; fermè conceptaculis intus per mediũ redimitur & ornatur. Palatũ autẽ & gurgulio guttur've & gula prĩcipiũ de lingua ſumit, & in vẽtriculũ finit, quẽ in marcido digeſtorio'q; ventriculo gulam os've anguſtum, ſeu ſtomachum dicunt. Spinam autem ver-

sus post iecur præcordia sita sunt. Costa autem ex sinistra notha´ ve lien incipit, qui pedis humani ve-stigio similis est. Cœlia vero, superior´ ve ventriculus sinistra iecori adiacet, qui neruosus totus est. Cœliç que huic, ventriculo´ ve quoddam intestinium cohæret, quod nonnulli colon vocitarũt, paruũ, cæteris simile, lõgitudine circiter duodecim cubitorum, sinibus multis conuolutum, per quod cibus transmittitur. Colo vero huic podex carnosus annectitur, qui quidem vltimus est, & in vltimam sedem dactilion´ ve desinit: cætera vero natura ipsa digessit.

CANDIDO LECTORI S.

EN TIBI, lector candide, Hippocratis omniũ medicorum facile prĩcipis opuscula, iampridẽ & acuratius, & clarius congesta atque bona etiã fide recognita trado: quæ ideo in minore forma excudere visum est: vt sine tædio, ad enchiridĳ instar, possis ad manum habere. Quem nostrum laborẽ, æquo, rogo, animo accipias, vt ad maiora etiam studia, quibus tuis cõmodis inseruire possim, properare libeat. Nec hic velim, operis huius index te fallat, q pauciora certe promittat, q̃ liber ipse prestet. Siquidem, beneficio doctorum hominum atque consilio, inserui librum eiusdem

De medici vulnerarĳ munere

De ossium natura

De Corde

De virginum natura

Itẽ, de pueri dentitione. Quos iuxta tibi vsui fore confidebam, eos tu omni studio perleges, & me lubenter amabis. Vale.

Fol.137 . Linea vltima
multū in pulmonē differūtur per=
Lege sic rectius . corporis totius
sensus circa pectus

